


(23)


EX-LIBRIS
Art is man's nature, Nature is God's art.
P.J. Bailey
A. BERNARDES DE OLIVEIRA



TABULÆ ANATOMICÆ

A CELEBERRIMO PICTORE
PETRO BERRETTINO CORTONENSI
Delineatæ, & egregiè æri incisæ
NUNC PRIMUM PRODEUNT,
ET
A CAJETANO PETRIOLI ROMANO
Doctore, REGIS SARDINIÆ Chirurgo, publico Anatomico,
& inter Arcades ERASISTRATO COO
Notis illustratæ.



Impensis Fausti Amidei Bibliopolæ in via Cursus.

ROMÆ, MDCCXLI.
Ex Typographia Antonii de Rubeis apud Pantheon in via Seminarii Romani.
SUPERIORUM PERMISSU.



STUDIOSE LECTOR.



Uid utilius, quidve præstantius homini homo parare poteram, quam hominem ipsum in suas, quibuscumque conflatur, partes, proficua, ut ita dicam, immanitate discissum? Nimirum cum instituendis in judicii rectitudine animis suæ sint artes, & illæ ab objecti ingenuitate præcipuum jure meritò præ cæteris locum obtineant, servandis corporibus utillima anatomica accedit facultas, quæ formantis artis animum dextræ dextram conjungit, ut unaquæque laudem hanc sibi vindicet, quod indiviso consilio, divisâ licet operâ servare hominem studeant. Discissum igitur tibi hominem ante oculos statuo, ut absoluta partium compage, hominem discas, & cum tibi medica arte restituenda in viventibus compages sit, non fibram pro fibra cures, non à casu opem exposcas, quare nonnullorum reponas & tu exempla, qui cum vix à limine anatomicam artem salutaverint, ægrotantium nihilominùs damno Medicorum nomen injuriâ afficiunt. Quantum exindè tabularum Auctoribus Respublica debet Medica, qui durissima operâ, magnisque impendiis facillimam aliis straverunt viam, ut nullâ operâ, nullo impendio, eam in paginis structuram humani corporis intuerentur, quam Natura artifex in ipso corpore elaboravit? Atqui Auctoris qui has Tabulas confinxit (nomen ignoratur) sed cedere omnem pene laudem ex integro, videtur Auctor, eximio Viro Cajetano Petriolo Romano, qui plurimis Principum curis tum in alma hac Urbe, cum exteris in Regionibus Neapoli præcipuè, Bononiæ, Taurini &c. gloriosum sibi nomen quæsivit, quique diutinis corporum scissionibus, multis à se editis de Re Anatomica libris, & Eustachianis præsertim tabulis illustratis, Auctoris hujus tabulas commentariis ornavit, ut quæ oculos hucusque detinebant, Studiosorum mentes erudirent. Vale.

FAUSTUS AMIDEUS.



IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo P. Magistro Sacri Palatii Apostolici.

Philippus Archiepisc. Theodosiæ Vicesgerens.

CENSURA RAYMUNDI TAROZZI

Ex Urbis Archiatrorum Collegio, in Archigym. Rom. Medic. Theor. Pub. Prof. & in Apostol. S. Jacobi Incurabilium Urbis Xenodochio Medici primarii.

ELegantissimas ære incisas Tabulas anatomicas à profundis tenebris, ubi situ, ac rubigine obsitas diu iniquo fato delituerunt, in apertam lucem non ita pridem fortunatè eductas; necnon & notas, quibus eas illustravit solertissimus noster Anatomicus Cajetanus Petriolus, jussu Reverendissimi P. Ridolfi Sac. Palat. Apost. Magistri, & vidi, & legi. Quoniam vero jucunditati non exiguæ, utilitatique Anatomiæ studiosis futuræ sunt, ut publicæ fiant, non proficuum modò, sed planè necessarium esse censeo; cum nihil porrò contineant, quod morali reprehensione dignum videatur. In quorum fidem &c. Ex Ædibus Chisiis Kal. Jul. MDCCXLI.

Raymundus Tarozzius.

IMPRIMATUR.

Fr. Aloysius Nicolaus Ridolfi Sac. Palat. Apost. Magister Ord. Præd.

TABVLA .I.



Petr. Berret. Corton. delin

PRIMÆ TABULÆ
FIGURA PRIMA.


Ommunibus detractis tegumentis, Peritissimus Anonymus Auctor visendas proponit in hac prima Vasorum figura sanguiferorum, nervorumque diramationes per eos solummodo musculos disseminatas, qui in extima corporis superficie collocantur. Ad Iconis tamen venustatem, eam in Capite tegumentorum partem relinquere voluit, quæ Occiput *D*, obtegit: detracta, quæ frontem ✠, Mentum *A*, Genas & tempora **, sinciput *C*, coronale *B*, inferioremque maxillam circumsepit; ✯ ut nervi duri auditorii *æ*, portio per genam disseminata conspiceretur.

Deinde vero extremas nervorum cervicalium diramationes, per anteriorem juguli partem, & clavicularum situm *a*, humerique summitatem dispersas exhibet in thorace sub *x q e*: quarum ea, quæ ponè aurem conscendit, in plures divisa ramos, & cum descripta duri portione conjuncta est, reversiva dicitur, sive recurrens. Exhibet pariter, & pectorales majores *F F*, Mammas *G G*, Sternum *H*, ejusdemque finem *I*, cui ensiformis aptatur cartilago. Delineat etiam obliquè descendentem musculum *K K*, ab anteriori ejus parte separatum, ut lumbarium, ac intercostalium nervorum ingressus, in ejus substantiam conspiceretur, obliqui descendentis externa portio *V*, exprimitur à membranis omnibus separatas cartilagines quatuor *s s s s*, quæ legitimarum costarum novissimæ sunt, nec non & mendosas *T T T*; ac postremò supra obliquum ascendentem musculum, eas ipsas delineat nervorum extremitates *n n n n*, &c., quas in læva parte obliquum descendentem musculum artificialiter revolutum perforare conspeximus.

His in abdomine adjacent sinister musculus rectus *L*, cum suis tendinosis inscriptionibus 1 2, obliquus ascendens *M*, lumbaris nervus qui ad pudenda vergit *n*, Scrotum *u*, ac inguinales glandulæ copiosa adipis quantitate circumductæ. *t t*

In supernis artubus primò conspiciendi sese offerunt Deltoides musculi *E E*, Biceps dexter *N*, sublimis, sive perforatus *O*, pronator longus *P*, radieus internus *Q*, ac cubiteus internus *R*, quibus omnibus, tum venosæ *r*, tum nervosæ diramationes superstruuntur, uberi sane, copiosaque serie. Et quidem ex nervis ille, qui in dextero brachio ad cubitum usque decurrit, unicus, tenuisque truncus *p*, ab infimis nempè, licet occultè, cervicis proficiscitur vertebris; ab ejusdem vero mediis derivantur *B B*, quæ in dextero brachio ad Carpum usque exporriguntur, quæque in sinistro cubiti flexuram *B*, attingunt: ac tandem à cervicalibus omnibus, hinc inde anastomizatis promanant, tenues illæ diramationes *p q*, quæ in lævo brachio sunt distributæ ad digitos. Assillaris vena in cubito diramata *P*, & umerariæ conjuncta, *o*, *s*.

Infernis tandem in artubus exhibentur nervorum illæ propagines ⊛ ⊛ ⊛ in sinistro femore supra membranosum musculum repentes: easque ab interna etiam ejusdem musculi facie prospici posse curavit. Ut eas ostenderet auctor; eumdem membranosum in dextero femore è proprio situ separavit,

ravit, ſupinavitque cum iiſdem ipſis nervorum lumbarium propagationibus ϑ: Eorundem lumbarium ſoboles eſt ϑ, quæ ab inguine ſupra Sartorium muſculum *Y*, excurrit: nec non & ι, quæ recto curſu ad uſque genu deſcendit. Femoris præterea ſummitatem indicat *X*, *z*, rectum vero muſculum, *b*, Vaſtum internum: *a*, externum: bicipitemque tendinem *m*: tandemque tendinoſam tibiam extendentium expanſionem indicant *c c*: quæ in ejuſdem tibiæ deſinit rotulam, propendit etiam ad tuberculum ſupremum tibiæ.

Sequuntur poſtremò in tibia *f*, extenſor magnus digitorum *d*, Peroneus anticus *e*, Peroneus poſticus *g*, ac gemelli portio *h*, ex cujus extremo latere ſatis conſpicuus cruralium nervorum, qui ab oſſe ſacro proficiſcuntur, truncum *K*, egredi vidimus, ad digitorum quoque latera propagatus: Apparent etiam malleolus externus *l*, internus *i*; calcaneum *n*, ac ſuperficiales ſaphenæ rami *r r*, a malleolo interno per metatarſum diſſeminati.

FIGURA SECUNDA.

IN trunco ſecundæ figuræ à muſculis omnibus ſeparatum Peritoneum, quod characteribus circumſcribitur *B B B*, ejuſque tum ſanguineas, tum nervoſas propagines oſtendit c, quas enim *A A*, demonſtrant ſanguiferorum diramationes, mammariæ nominantur deſcendentes; Aſcendentes verò Epigaſtrici dicuntur rami *l*, qui in inferna ejuſdem peritonei parte diſtribuuntur x D, & ſupra muſculos rectos reclinatos etiam delineantur, quorum extremitates, cum mammariis non anaſtomizandæ: Inſuper enſiformis cartilago *N*, apparet, ſub qua principium lineæ albæ, cujus verſus pubem progreſſum *E*, deſignat. Tandemque cum umbilico *F*, ſeminaliumque vaſorum, tum dextero *H*, Etiam tum ſiniſtro *G*, funiculo ſpermatico, à peritonei membrana circumducto muſculus cruris rectus *M*, patefit.

FIGURA TERTIA.

IN præſenti trunco remotis abdominis muſculis, cum reciſione Peritonei, demonſtratur id, quod interius immediate ſuccedit, & primo Peritoneum *A B C D*, ad latera reflexum, Omentum *P Q Q Q Q*, demonſtrant, cum interſecante coronaria, ſeu Gaſtro epiploica *R T S*, quæ in ſuperiores nonnullos ramos, totidemque inferiores *x x x x*, diffunditur. Ulterius umbilicus *E*, à peritonei membrana liberatus extat. Vena umbilicalis *F*, ejuſque in Hepar ingreſſus *G*: ipſius hepatis dextera ſiniſtraque pars gibba *H H*, Uracus in veſſicæ fundo implantatus *N*, Iliacæque arteriæ umbilicales *K L*, conſpiciuntur.

SECUN.

TAB. II.



SECUNDÆ TABULÆ
FIGURA PRIMA.


Upernis aliquot Muſculis, quos in præcedenti Tabula oſtenderat, à naturali ſitu ſeparatis, penitiores alios cum profundioribus nervorum Vaſorumque diramationibus oſtendit in hujus ſecundæ Tabulæ prima Figura. Aperit ſiquidem frontalem muſculum ſiniſtrum *A*, Buccinatorem *B*, ſuperioris labri elevatorem *D*, Zigomaticumque pariter elevatorem *C*, queis totidem correſpondent inferioris labri depreſſores alii *F*, & *G*, & etiam ſiniſtram glandulam parotidem *a*, durum auditorium nervum ʙ, ejuſque ramum ſupra mandibulæ integumenta reclinata *I*, diſperſum: Nec non & hiatum *H*, per quem ſalivalis deducitur meatus.

Exponit deinde Maſtoideos muſculos *KK*, Pectorales majores *LL*, obliquos deſcendentes *MMM*, à coſtarum Cartilaginibus *ssssss*, ad pubem uſque diductos: productum pariter obliquum aſcendentem *NN*, non modo ut, quæ in propriam ſubſtantiam infiguntur intercoſtalium, ac lumbarium Nervorum diramationes innoteſcant; verum etiam ut videantur & aliæ *ssss* &c. quæ ſupra Tranſverſalem *P P*, tenduntur. Detegit tandem prædictorum muſculorum concurſus tendinum *O O*, in lineam albam ✲ ✲ ✲ ✲ &c.

Hinc in humero obſervat Lector Deltoides *R R*, Bicipitem dextrum extra ſitum, vel revolutum, ſiniſtrum in ſitu apparet *S S*, horumque dexter ut magni brachialis nervi appareret progreſſus, à proprio ſitu, ut diximus exquiſite fuit ſeparatus. Obſervet etiam extenſorem longum *b*, extenſoremque brevem *c*, ex quorum tendinibus Olecranon, ſeu exterior ulnæ apofiſis amplectitur. Perſpiciat in radio pronatores duos brevem ſcilicet *d*, & longum *a a*, necnon & Supinatorem pariter longum extra ſitum reclinatum *V*, per cujus longitudinem magni Nervi brachialis ramus excurrit. His adſtant Carpi muſculi, initium flexoris pollicis ɩ, ac radieus externus *f*, internuſque *Z*: Adſunt & alii volæ manus, digitorumque proprii, ſcilicet eorumdem extenſor magnus *e*, & ſublimis ſive perforatus, *Y*, deindeque palmaris longus *X*, cujus tendinoſa expanſio * diducta fuit ad demonſtrandum extremas brachialium nervorum diramationes.

Animadvertat Lector uberem ſanè nervorum ſeriem: & primo nervum brachialem medium ɛ *r*, qui leves aliquas adjacentibus muſculis diramationes impertiens, ad extrema uſque digitorum latera ſiniſtræ manus *u*, pertingit. Pariter nervoſum axillarem ramum ʃ in olecranon ſepultum in dextro, nec non & ſurculum alium ab ipſo ſiniſtro cubitu emergentem *K*, & ad Carpum uſque in extrema parte propagatum.

Sanguineas poſtremò notet diramationes per Articulum ipſum diſperſas; Axillaris mediæ profundæ ſoboles eſt ɛ, quæ magno nervo brachiali, dextro ſubtenditur, & humeraria, vel cephalica in ſummitate cubiti *b*. Axillaris venæ ſuperficiales ramos *u*, tandem quas communes ſuperficiales, ſeu ſalvatellam appellare nonnullis arriſit, in Metacarpo ſiniſtro *r r*

In femoris ſummitate videat carnoſam Membranoſi Muſculi partem 4. deinde ſartorios 11. rectum *m*, vaſtum externum *n*, vaſtum internum *l*, quorum tendines rotulam in ſitu *TT*, amplectuntur: Nec non & in Tibiis *qq*, Gemellos *oo*, ſoleum *p*, Tibieos anticus *rr*, Pollicis extenſores *HH*, & digitorum pariter extenſores *tt*, Peroneus poſticus *ss*. Videat etiam Crurales nervos ʃ ʃ, à lumbaribus proficiſcentes ε ε, Ubi paulo ſuperius alii lumbares nervi, per partes laterales femoris dilatantur. Magnum Nervum Cruralem ortum ab oſſe ſacro, qui in ſuppopliteum nn faceſſit, ad internum uſque malleolum propagatum. Ac poſtremo ſaphenam *xx*, quæ, Cruralis majoris in ſuppopliteam profectæ, eſt propagatio.

FIGURA SECUNDA.

TRuncus hic apparens demandatus anterius muſculis Abdominis, ac Peritoneo, ut inteſtina in ſitu videri poſſint cum omento ſuperius reflexo. *AAAA*, ſuperior eſt omenti pars reverſa, gaſtro-epiploicis tum Arteriis, tum venis *BB*, diſſeminata, & verſus thoracem diducta, ut quæ ipſi ſubjecta ſunt veniant in conſpectum. *CD*, ſecunda ejuſdem Omenti eſt pars, Meſeraicorum in ſitu, Splenicorumque vaſorum propaginibus conſperſa: hæc autem verſus inteſtinum coli conjuncta, cum anteriori inferiorique ipſius omenti portione, retem, quod piſcatoriam dicunt, efformat. *F*, inteſtini Coli in læva parte contorſio. *E*, contorſio Ilei. *G*, recti principium. *H*, veſſica *I*, Peritonei ſegmentum.

FIGURA TERTIA.

OMenti originem, ejuſque univerſam extenſionem copioſis venarum, arteriarum, nervorumque propaginibus refertam a ſuperiori membrana vindicatam oſtenſurus Author; exhibet in *aaa*, illius ambitum. Anteriorem deindè inferioremque partem in *f*, poſteriorem tandem cum meſenterio jungendam in *cc*, in qua adipoſæ etiam delineantur cellulæ *rr*. Oſtendit poſtea Arteriam ſplenicam *h*, vulgò Cæliacam nuncupatam, & hepaticas in Hepar ingreſſuras *i*. *g* verò vena eſt portæ propè Epar reciſa. *p*, Meſeraicæ, ac ſplenicæ venæ derivantes in dictam portam. *xx*, ſplenicæ extenſio verſus lienem in quo dividitur plures in ramos 2. quæ antequam id perficiat conſpicuum omento impertitur ramum *α*, cujus finis eſt *ed*. Qui in dextera parte exterior apparet *l*, Meſeraicæ Arteriæ ramus eſt, & cum altera *l*, ſplenicæ venæ propagine junctus, alium *l*, conſtituit, qui gaſtro-epiploicorum vaſorum nomine inſignitur *r*, tum arterioſus cum venoſus ſplenicus alius eſt truncus, qui poſtquam per ventriculi fundum irrepſerit dictis coronariis inoſculatur copioſamque efformat vaſorum ſeriem *nn*, in anteriori, inferiorique omenti parte, quæ inteſtinis ſupereminet *B*. Complexio eſt ſplenicorum vaſorum cum coronariis: *o* Arterioſus eſt venoſuſque ramus verſus dexteram ventriculi partem diramatus ſiniſtram verſus, & poſteriorem repit *t*, *i* ſitus lienis eſt, *bbbb*, Adeps apparet infra vaſa collecta, & membranis ſuis tecta *d*.

FI-

FIGURA QUARTA.

HUjufmodi figuræ truncus omni velamine expoliatus lucefcit in abdomine dum occultare poterat ftomachum, & Inteftina. *A*, Cartilago eft mucronata. *B B*, Peritoneum fupra coftas diductum C, Ligamentum rotundum Epatis. *D D*, Epatis pars gibba *E*, Anterior fiffura, ubi vena umbilicalis recifa confpicitur. *F F*, Anteriorem ventriculi partem cum fuis vafis epiplohicis. P, vafa coronaria in fundo ventriculi diftenfa. Divifio inteftini Coli ab aliis gracilibus, & ftomacho *G*, Lienis extremitas. *H*, principium in dextera parte inteftini Coli *K*, pars ejufdem inteftini fubtus Hepar devoluta, *O* fub ftomacho deinde diftenfa *L*, fitus ubi præfatus Colon incipit à finiftra ejus defcenfus. *H*, cæcum inteftinum convolutum inftar anguis *L*, *X*, Inteftinum ileum. *M*. Finis inteftini Coli. *N*, principium recti. *R*, tandem Veffica. *Q* hujus fundus.



TERTIÆ TABULÆ
FIGURA PRIMA.


Usculis aliquot abſciſſis, Abdominiſque Viſceribus omnibus ablatis penitiores etiam alias Nervorum diramationes oſtendit. Temporum Oſſis foveam denotat *A*, in qua temporalis infigitur Muſculus ablatus, Palpebrarum orbicularem oſtendit *B*, vero Zigomaticum ſupra labrum reflexum *C*, ut ſubjectæ Nervorum apparerent diramationes, quinti Nervorum paris ramus eſt, ab ejus, ſuperioris Mandibulæ, oſſis, quod Palatum conſtituit, egreſſus foramine, *e*, verò Duri auditorii eſt portio, quæ a temporalis oſſis emergens meatu, non unico tantum ramo *r*, ſed duobus etiam aliis inferioribus, cum Guſtatorii diramationibus, in complexiones, inoſculationeſque varias exactè partitur. *D*, Inferioris labri depreſſorem muſculum exhibet *E*, Maſtoideum in ſitu ſiniſtro B, Cervicalium nervum ſuperficialium per Deltoidem, & Acromion variis ſurculis hinc inde diramatum *F*, Pectoralem majorem dexterum ſuo in ſitu. Diductum vero ſiniſtrum exhibet *F*, ut ſubjectæ partes in conſpectu adeſſent. Scilicet Brachialis Nervi ganglius ∫, cum ſuis propaginibus, quarum una *D*, in tres diviſa ſurculos, per ſubjectos muſculos ludit: Tenuis altera *n*, ſupra eumdem diductum fertur Pectoralem. Altera quo tenuior ad Pectoralem minorem exporrigitur *g*. Quemadmodum ut viderentur etiam *Q* Intercoſtalium Nervorum ſoboles, per Humerum ipſum, ſubtenſoſque Thoracis Muſculos, diſſeminatæ. Quin & Pectoralis minor *H*, oſſeæque ſubjectæ Coſtæ I I I I, ſuis cum cartilaginibus *t t t t t t*, quarum tres tantum in dextero latere conſpiciuntur *t t t*: Utriuſque tamen loci poſtremæ accurate quidem *a a*, notantur, ut verarum Coſtarum ultimas eſſe innoteſcat.

Qui ab Axilla ad Abdominis uſque extremum propendet veluti Carneus panniculus, integumentorum partem eſſe facile crederem, in quam nonnulli Intercoſtalium nervorumque rami *T*, emergunt, & Brachiales etiam in *K*.

Mucronatam tandem ſignat *u*, cartilaginem. Abdominis ſciſſos muſculos *X X X X*: Peritonei poſteriorem ſuperioremque partem *r r*, quæ Septum tranſverſum inferius involvit, ejuſque continuationem in dextero latere *Γ*, ſignat Pſoas muſculos *Z Z*, per quorum dorſum primi Lumborum rami λ λ diriguntur ad ſeminalia, quorum pariter Lumbarium ſunt μ μ, & Lumbares etiam ſunt, qui inter muſculos Abdominis ſiniſtros perreptant ξ. Dorſalium vero poſtrema vertebra 1 2: Lumbariumque quinque 1.2.3.4.5. ſuis cum interpoſitis Cartilaginibus ornat; deinde lector ſupernis in Artubus Deltoides *G G*, Bicipites *L L*, Nervum dexterum *x*, per interiorem cubiti partem diramatum Axillarem dictum. Brachialis vero ſiniſtri in manus dorſo propagatas, extremas diramationes *i*, ſumma arte exquiſitas Brachiei interni portionem muſculi *S*, Pronatorem longum *M*, ab interno Humeri Apophyſi reciſum, & ſuperius elevatum. Necnon & Radieum externum *O*, Quadratum muſculum *N*, Cubiteum pariter externum *P*, Palmarem longum. Radieum internum *R*, Cubiteum internum *Q*.

In-

TAB. III.

FIG. I.

FIG. III



FIG. II.






FIG. IIII





Integumentis deinde omnibus partim a Femore dextro detractis, partim *a*, reflexis, Sartoriisque musculis sinister a propria positione diductus, Magnorum Cruralium nervorum truncum *o o*, exhibet, in duos minores alios dispertitum ramos *n n*, & *p p* quorum postremi ad Pollicem usque per internam Artuum faciem procedentes delineat, & origo eorum a lumbaribus derivatur. Delineat porro in dextero femore Sartorium musculum *c*, paulisper ut dixi ad exteriora reflexum, recisum, e contra in sinistro delineat pariter *c*, una cum sui portione *c*, in interna Tibiæ parte reclinata, Cruralique nervo perforata. Delineat & Vastos externos *b b*, internos *e e*, Rectos *d d*, quorum tendines Rotulam *n n*, in Genu vestiunt. Postremo tandem loco, apparent in Tibiis *m m*, Gemelli *g g*, Solei *h h*, Tibiei postici *i i*, Anticique tibiei *l l*, cum internis apparent Malleolis *q q*, Extensores magni digitorum, cum tendinibus mirabiliter expressi.

FIGURA SECUNDA.

MAnus ostendit dorsum communibus velaminibus spoliatum, ut Nervorum, Venarum, extensorumque tendinum demonstraret progressum. *A*, enim superficialis venæ communis, seu salvatellæ ramus est ad Pollicem tantum, Indicemque propagatus *B*, vero ac *C*, ultimarum Cervicalium sunt extremitates nervorum per externa digitorum latera diffusæ *D*, Brevis Pollicis extensoris est tendo ad ultimum usque internodium extensus, cujus principium a medio proficiscitur Cubito *F F F F*, tandem Digitorum extensoris communis tendines quatuor ostendit.

FIGURA TERTIA.

IN superioribus figuris exposuit propagines, quas per anteriorem Capitis partem emittit Nervus durus, ordinis nunc exposcebat ratio, ut quas idem Nervus ad inferiorem jugulum dirigeret, diramationes ostenderet. Ostendit ejusdem primo extensionem a *B*, usque ad *F*, ubi subtensus delineatur Mastoideus musculus. Ostendit deinde ejus ramum *E*, qui Sternojoideum musculum & glandulam Thiroideam *T*, penetrat. Ostendit inosculationem *V*, cum Cervicalibus, tum Axillaribus C, atque X, queis externa jugularis subtenditur conspicuo cervicalium Nervorum ramo *r*, fulcita cujus pariter jugularis est ramus, qui cervicalium nervorum trunco subest. Musculum præterea Platismammiodem præbet revolutum propter nervorum dilucidationem *A*, Parotidem glandulam *B*, Masseterem *G*, Palpebrarum orbicularem *L*, superioris labrum elevatorem *K*, ejusque depressorem *I*, necnon, & inferioris labri pariter depressorem in mento *H*, Spongiosos musculos etiam nuncupatos. Præbet, & Maxillarem glandulam *Q*, Jotiroideum musculum *D*, Tiroidem Cartilaginem O, ac tandem locum *R*, in quo Cricoidea cartilago collocatur.

FIGURA QUARTA.


INtestino Colon adnexum præbet Omentum, a cujus anteriori facie universa adipis remota est quantitas, quæ canales omnes obducit. Exhibetur ejusdem lateralis, ac posterior pars *A A*, quæ Mesenterio evenit, subtenditur

ac Ventriculo, in eaque exhibetur venæ portæ, Arteriæque cæliacæ ramus *B*, ſplenicæ verò *C*, & *D*. *E*, ipſius Colon eſt principium *G G*, ventriculo Hepatique ſubtenſa portio, tandem atque *F*, ejuſdem eſt verſus Ileon ſiniſtro progreſſus. *I I I I*, Adipoſæ partis ſuperioris, ac lateralis inferioriſque reſiduum eſt. *H H H*, vero detecta eſt facies præfati Omenti anterioris, & inferioris vaſibus omnibus referta.

FIGURA QUINTA.

COlon inteſtini naturalem in Abdomine contorſionem & progreſſum oſtendens, demonſtrat primo Ilei inteſtini portionem *A*, Cæcumque inteſtinum *c*, mox ipſius Colon principium *B*, ejuſque ad Hepar uſque ſcenſum *D*, atque *E*, Lieni ſubtenſam partem *I I I*, ejuſdem eſt anterior facies, cum tendinoſo Ligamento. *K K K*, lateralis eſt extremaque pars ſuis cum Cellulis, ac concamerationibus *F G*, ejuſdem contortio ad modum litteræ *S*, inverſæ, ut in Inteſtinum rectum *H*, faceſſat, cujus recti Inteſtini carnoſæ fibræ demonſtrantur in *L*, ſuo cum Ligamento *P*, & Muſculi erectores ejuſdem *O N*, cui Sphinter etiam *M*, ſubtenditur.




TAB.IIII.
FIG.I.
FIG.II.
FIG.III.

QUARTÆ TABULÆ
FIGURA PRIMA.



Xtis omnibus à Thorace, atque Abdomine partim abſciſſis, partim elevatis, nonnulliſque e proprio ſitu diductis Muſculis, peculiarem Nervorum tum diſtributionem, tum inſertionis modum oſtendit, *A* enim Frontalis locus, *K* vero temporalis Muſculus in ſitu, ut ſupertenſas Nervi duri Auditorii extremas diramationes patefaceret. Oſtendit etiam ſuperioris labri elevatorem *B*, paululum elevatum, Depreſſorem *D*, Buccinatorem *C*, Maſſeterem *E*, glanduloſaque corpora *g g g*, ab ipſis Nervorum propaginibus colligata. Suprema etiam Tragi nuncupata.

Inſuper in Cervice reflexus muſculus longus Colli *f*, ſternique hioideo *G*, ſterno Tiroideo *H*, Gangliformis nervi *h*, Phrenici *q*, nec non & vagi *i*, ſuis cum diramationibus intra Thoracem *l*, deſcenſum delineat, quin & primarum *n*, Cervicalium ramum. *P*, portio biventris muſculi etiam in ſitu, ad aurem dexteram producta, *o o*, Cervicales nervi tum ad collum, tum ad humerum diſſeminati, & conjuncti *l*, Cucullaris muſculus delineatur, pariter clavicularum principium 1 1, Pulmones aliquantulum deducti *a a*, Pericardium *b*, Prope canales abſciſſum, ac Diaphragmati *Z Z*, continuatum. Venam Cavam ſuperiorem *c*, quæ in Axillarem *e*, & jugularem *d*, faceſſit, Coſtas 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.. Sterni oſſa 8, Triangularemque muſculum *X X*, cum integumentorum adnexa portione *Y*, deſcribit.

Hinc poſt Deltoidis *L*, ac Coracoidei *M*, in proprio ſitu demonſtrationem, internum bicipitis caput *N*, reflexit, ut primarum cervicalium ramum *t*, ad brachieum præcipue internum *O*, ipſumque elevatum bicipitem propagatum detegeret: detegeret & progreſſum nervi magni brachialis *u*, ſupra extenſorem longum *P*, ac brevem *Q*, & Ramuſculi ab ultimis Cervicalibus derivati *a*, Cujus itidem Nervi extremas inſertiones animadvertere quiſque poteſt in dicti bicipitis abſciſſam partem *S*, in pronatorem longum *T*, palmarem longum *V*, ac ſublimem *X*, pariter elevatos, & abſciſſos. Poteſt & animadvertere in Cubiti flexura illius diviſionem; ejuſque dexterum truncum Nervi brachialis, & diramationem *r*, ſub internum radieum *B*, abſconditum. Siniſtrum vero ſupra profundum Muſculum *Y*, progredientem, ac intra flexores tendines in extrema filamenta diſtributum, quemadmodum & alium Nervorum ramum *t*, à poſteriori humeri parte emergentem, & ſupinatoribus tum longo *Z*, tum brevi *R*, externoque radieo *A*, diſtributum. Ac demum in lævo brachio extrema Cervicalium Nervorum filamina ε ε, ſub integumentis abſumpta poterit animadvertere; & in dextero, uſque ad latera digitorum, cum longiſſimo Nervulo τ, qui tendit ad annularem, & auricularem digitum *E*, muſculum abducentem pollicem *F*.

Spectamus etiam obvios infernis in Artubus lumbarium Nervorum truncos *α α*, in duos utrinque, ut in ſuperioribus Tabulis deſinentes truncos *B B*, & *r r*, diverſa quidem lege, ordineque diſtributos. Etenim quæ in

in dextro femore a ramo *B*, propagines emergunt ad ſartorium muſculum *H*, diductum ad Fæmur *T*, vaſtumque externum *R*, exporriguntur: ab altero vero ramo *r*, progredientes Surculi ad vaſtum internum *l*, nec non & Rectum *T*, divertuntur: divertuntur e contra ab ipſo majori trunco *α*, propagines in membranoſum Muſculum *G*, a naturali elevatum ſitu, ut ſubtenſas depingeret Nervorum diramationes Lumbarium. In iiſdem ipſis tamen quamvis diſpertiatur ramis *B*, & *r*, præfatus truncus *r*, utrinque etiam vaſa ſanguifera cruralia poſſumus aſpicere, In ſiniſtro femore, dextro verò Q. Nihilominus diſtributionis, diviſioniſque diverſus ordo. Conſpiciuntur enim propagationes interni rami lumbarium *B*, per Sartorium Muſculum *G*, per gracilem *M*, ac integumenta *N*, ludere; feriatis recto *H*, ac vaſto interno *l*, externoque *R*. Conſpicitur e contra, externum ramum *r*, unicam tantum propaginem per femoris Muſculos oblique protendere. In utriſque tibiis Nervorum propagines *δ δ* ab oſſis ſacri truncis prodeuntes ſequuntur, cum Suppopliteæ venæ trunco *m*. Sequuntur & peroneus Anticus *O*, Tibieus etiam anticus *R*, ejuſque tendo in ſiniſtro abici pede *Q*, Digitorum extenſor communis *P*, Polliciſque, *V* Tibieus poſticus *T*, Gemellus, *Q*, una cum Soleo *S*.

FIGURA SECUNDA.

INfimo diſſecto Ventre, nonnulliſque ex inteſtinis elevatis Meſenterium *M M*, exhibet ſuo cum Centro *K*, glandulaque magna. *L L*, in quam copioſa Vaſorum ſeries omnis generis concurrit. *A B C D*, Peritonei abſciſſæ portiones ſunt. *G G G*, Colon inteſtinum, progreſſumque principium, eique cæcum continuatum *F*, Inteſtina. *E E E E*, gracilia. *H*, Rectum *I*, Veſſica.

FIGURA TERTIA.

AB inteſtinis ſeparatum Meſenterium, ac Meſocolon delineat. *A A*, magnam glandulam indicant, indicant & aliarum Meſeraicarum glandularum ſitum *B B*, *C C*, vero Meſeraicos ductus *N*, Adipoſa eſt Membrana *M*, altera quæ primæ ſubjacet. *D F*, ſitum patefacit, ubi tenuia inteſtina Meſenterio alligantur, & etiam adumbrat Meſenterium ſuperiorem cum ſuis vaſibus *o*. Ubi vero alligatur Colon demonſtrat *E*, in dextera parte, ac ubi in ſiniſtra adnectitur indicat *G*, Meſocolon finis eſt cum *H*, ad podicem uſque *I*, protenſum in quo conſpicuus Meſeraicarum ramus adumbratur.



QUIN-

TAB. V.



QUINTÆ TABULÆ
FIGURA PRIMA.



Lliptica Ventruum ſectione humerique Muſculis omnibus reclinatis, viſendos rurſus proponit penitiores alias Nervorum diramationes tum in artubus, tum in cavitate ventruum *a*, enim quinti Nervorum paris ramus eſt ſupra frontalem ſiniſtrum Muſculum *A*, reclinatum diſtributus: cujus Muſculi comes *A*, in dextero latere ſuo jacet in ſitu. *u*, Larinz eſt, cui utrinque Maſtoidei adſtant Muſculi *B B*, clavicularumque principium *s s*, ac ſupra ſternum ad lævam partem reclinatum triangularis adſtat Muſculus *r*. Adſtat & in thorace dexter pulmonis lobus *p*, in ſiniſtram reflexus partem ut ſubtenſas Nervorum oſtenderet diramationes. Oſtenderet ſcilicet Nervum vagum B, qui in Cardiacum faceſſit *d*. Oſtenderet gangliformem intercoſtalem *r*, per internam Coſtarum partem diramatum; ac tandem Pleuram *q* (qui cordis ſitus eſt) ſupra Mediaſtinum revolutam, Diafragmatique *m*, continuatam; cui immediate ſubtenſus adjacet Hepar *n*, inteſtinorumque circumvolutiones *o o o o o*.

Dextero deinde in humero cujus caput eſt *t*, poſteriorem Brachialium Nervorum truncum ⊖, exhibet ſub longo extenſore *E*, excurrentem, ac adjacentibus Muſculis propagatum. Aſpice præterea illius ramum *p*, ſupra diductum deltoidem C, diffuſum. Aſpice extenſorem brevem nervis *D*, perforatum excurrentem vero ℵ. Brachieum externum in ſitu *F*, diviſumque per medium Bicipitem *G*. Animadvertatur deinde ejuſdemmet trunci nervoſi extenſio *K*, ut per ſublimem Muſculum diffunderetur *H*, atque profundum *I*. Diffunderetur deinde in duas alias diramationes, quarum altera P ſupinatori brevi X, Radieo externo *M*, Pollicis extenſori *N*, digitorumque extenſoris tribus principiis *L*, & *O*, diſpertitur. Altera vero *r r*, per eumdem profundum *I*, progrediens, in manus tandem dorſo intra pollicis, tenſorum tendines digeritur.

Siniſtro deinde in femore tenues tantummodo lumbarium Nervorum diramationes ⊓ oſtendit in varios ramos; earumque brevior *ʃ* aliàs ramum ſuperficialiter declinantem in genu uſque ad plantam pedis *t*, oblique ludit ſupra gracilem *l*, ſeminervoſum *i*, ſemimembranoſum *b*, bicipitemque *g*. Longior vero altera *t* poſtquam in genu, ac Muſculis gemello *c*, ac ſoleo *d*, diramationes aliquas emiſerit, ad pollicis uſque regionem abſumpta conſpicitur. Abſumptæ pariter conſpiciuntur magnorum cruralium Nervorum ab oſſe ſacro prodeuntium extremitates ◦, & ◦, in pollicis deducentem *f*, digitorumque flexorem brevem plantarem *e*, ut appellare arridet aliis.

Dextero tandem in femore diductis integumentis *P*, in quibus tenuis immittitur lumbarium Nervorum propago ꜫ, vix emergens conſpicitur Nervoſus ramus *o*, vaſtum externum *Q*, perforans. Cæteris omnibus in ſitu ſuo relictis Muſculis Sartorio ſcilicet *S*, recto *R*, bicipiteque *T*. Vena ſiniſtra cruralis in præfatis nervis diſtenſa *s*. Poſtremo in Tibia Gemelli dexteri *Y Y*, abſciſſo Capite. Suppoplitei Nervi ab oſſe ſacro progredientis truncum ✧ exhibet in

varios diſperſum ramos, quorum exterior ∘, & gemello *Y*, & plantari longo *T*, & ſoleo *a*, poſtquam ſeſe diffuderit, in extremo malleolo deſinit; deſinit vero in digitorum extenſoris. Altera tandem craſſiorque propago ≡≡, inter Tibeum Anticum *V*, Pollicisque extenſorem *Z*, egreſſa, per extenſores tendines in Metatarſo tandem diſperditur: Extenſor brevis cum ſuis *b*, tendinibus.

FIGURA SECUNDA.

A Poſteriori, ac lateralis Cervicis parte Muſculis aliquot diductis Cervicalium Nervorum diramationes inoſculationeſque in Muſculis ipſis proponit, proponit ſiquidem ſecundum Cervicalium truncum *H*, in tres alios diviſum ramos, quorum alter *L*, ſupra Spinatum *A*, & tranſverſalem *B*, extra ſitum evulſos, ut melius prædicti nervi conſpiciantur: Alter ad complexum *E*, reflectit, ac poſtremus recta deſcendens inoſculatur cum tertio Cervicalium trunco *I*, qui longis variiſque propaginibus, & Cucullari dextero *C*, & ſiniſtro *M*, propagatur. Obſervet interim Lector Nervi duri Auditorii ramum *G*, ſpinatum Caput *A*, perforantem: Obſervet ſcapulæ elevatorem *N*, qui ob humeri elevationem, inverſionemque cervicis brevior, quam revera eſt nobis apparet. Obſervet & Auctoris ſedulitatem qui ut præfatum Nervorum curſum expedite detegeret propriam Muſculorum membranam ex ipſis Nervis *D*, in quem veluti eradicati conſpiciuntur, cui nervos dexteræ partis reciſos involvit, ſeparare ſtuduit, atque reflexit: quemadmodum reflexit etiam, ac ſeparavit integumentorum tunicam *F*.


FIGURA TERTIA.

UT qua inteſtinis Meſenterium adnectitur rationem oſtenderet Autor preſenti in trunco, aperto Abdomine inteſtina omnia reflexit, Hepatiſque molem ſupinavit. *A A*. Itaque peritonei Segmentum eſt ſub fractis coſtis *D*, giba Heparis facies. Concava vero *F*, in qua ad Ciſtis felleæ *N*, latus venæ portæ ingreſſus *M*, delineatur, & ipſius Ciſtis foſſula *B*, Umbilicalis venæ ſitus *E*, ac ſiniſter lobus *C*, qui ventriculo ſupereminet, in eoque ligamenti ſiniſtri ſitus ∗ diafragmatiſque adneſſionis locus *G*, delineatur. In Ciſti autem fellea Ciſtico-hepaticas Arterias *O*, depingit, iiſque meſeraica vaſa arterioſa *Q*, venoſa *S*, per meſenterium *T*, diffuſa, in quo & magnæ glandulæ ſitus *V*, conſpicitur. Conſpicitur & nervoſa propago *X*. Poſt hæc ventriculum *I*, oſtendit gaſtro-epiploicis ductibus refertum *K*, in quo pilorum *H*, deſignat, ac duodeni continuatum principium *L*, ductuſque Choledoci in illum inſertio *P*. Deſignat in dextera parte Renis ſitum ab adipoſa membrana obductum *Z*, ab eoque prodeuntem ureterem *a*, quem Spermaticarum Venarum, Arteriarumque ductus *b*, interſecant. *r* tandem Veſſicam deſignat.

FIGURA QUARTA.

VEntriculum exhibet ſuis cum diductis, ſeparatiſque membranis. Quam enim *A A A*, partim in ſitu, partim reflexam, ac Vaſorum refertum diramationibus indicant, membrana eſt à Peritoneo mutuata. *B B*, verò carnoſa eſt pariter reflexa. Nervoſa tandem in ſitu conſpicitur, ubi exophagus deſinit *C*.

SEX-


TAB.VI.
FIG.I.
FIG.VIII.
FIG.II
FIG.III.
FIG.IIII.
V
VI
VII
VI

SEXTÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



Ari equidem ſuperioris Tabulæ ſectione, demonſtrare voluiſſe videtur Auctor una cum Sanguifero trunco eaſdem fere partes in ſiniſtro Thoracis latere, quas in dextero jam expoſuerat. Et quidem delineata Nervi duri propagine *o*, ſupra temporalem reflexum Muſculum *A*, delineat Muſculum palpebrarum orbicularem *, Muſculi frontalis ſitum *D*, cum glanduloſa congerie Tragi C,& cutis portione *B*,ac Platiſmammiode ſiniſtro *E*: Sternum revolutum *g g*, intercoſtalium Nervorum propaginibus munitum. Elevavit, ſiniſtrumque pulmonis lobum *d*, ſupra dextrum *i*, diduxit, ut tum ſanguineos, cum nervoſos ſubtenſos ductus proponeret. Quantum enim conjicere nobis licet Truncus ille *a*,ſextum eſt Nervorum par, quod tam conſpicuum apparet, quod a communibus membranis liberatum per longum fuit diſſectum, ut ejuſdem Nervi componentia filamina detegerentur. Propoſuit deinde Aortam deſcendentem *b*, quæ in Axillarem ſiniſtram reciſam *c*, dexteramque *e*, ac ſiniſtram Carotidem *l*, faceſſit, cui cardiaci Nervi Gangliformis ſuperextenditur truncus. Propoſuit pariter aſperam Arteriam *b*, intra annulos cartilagineos, Coſtaſque fractas 1 2 3 4 5 6 7 8 9: tandemque in Abdomine ventriculi ſuperioris orificium *m*, cum innexis inteſtinorum circumvolutionibus *n n n n n*.

Humeri deinde Caput indicat λ, ejuſque extenſionem denudatam κ, cui cervicalium Nervorum conſpicuus ſupertenditur truncus *q*. Primarum tamen Cervicalium ramus infigitur *p*, ſupra Deltoidem elevatum *F*, propagatus. Inſpiciantur deinde prædicti *q*, diramationes, quarum nonnullæ ſuper brevem extenſorem *G*, diriguntur, nonnullæ verò *r*, in externum brachieum *H*, abſumuntur. In alias tandem propagines diſperſus abſumitur in radii muſculos, ſcilicet in ſupinatorem longum *I*, radieum externum *K*, pollicis extenſorem *L*, ac Cubiteum externum *M*, feriato cubiteo interno *P*, indicis extenſore *N*, ac brevi portione pollicis pariter extenſore O, externiſque interoſſeis ο ο ο ο.

Dextero deinde in femore, Membranoſo diducto muſculo *Q*, una cum lumbarium Nervorum ſurculo *s*, Muſculos omnes in ſitu proprio depinxit, videlicet rectum *R*, Vaſtum externum *S*, Bicipitem *T*, Semimembranoſum *V*, tribus tantum Nervoſis filamentis in inguine emergentibus *Y*. Depinxit vero ab oſſis ſacri Nervis ſuppopliteum productum truncum dextrum *a*, in duos conſpicuos alios diſpertitum ramos *B*, & *r*, eorumque primus, ſoleo ζ, ſuperextenſus Gemello tranſverſaliter reſecto π π, etiam diſpergitur. Alter vero *r*, longo digitorum extenſori ſupinato, & poſt genu reciſo *Z Z*, ac pollicis proprio *M*, ſe ſe committit, & in metatarſo ∂, in externis interoſſeis extra ſitum ε ε ε ε, qui internis *P Q Q*, ſuperſtant divertit.

In ſiniſtro tandem femore lumbarium Surculum *x*, proponit per Anteriorem femoris faciem propagatum, deindeque internam oſſis ſacri propaginem nervorum *z*, oſtendit, quæ in femore ſub tricipite X, ac ſeminervoſo percurrit *y*, poſtremo tibiam *n*, patefacit. Et patefacit nervum magnum ſuralem *Z*.

FIGURA SECUNDA.

POsticam ventriculi faciem exhibet uberrima ſanguiferorum, Nervorumque ſerie conſperſam *A*, faringis in eſofagum continuatio eſt. *F B F*, Glanduloſum eſt corpus poſticam mediamque eſofagi partem occupans. *C*, vero ipſius eſofagi curvatura. *D*, orificium ſuperius. *M*, Ventriculus ejuſque dextera pars *H*, pilorus *P*. Duodenum inteſtinum in inferiori ejus parte. *R*, apertum, ut Coledoci ductus *Q*, pateret inſertio. Inſpiciantur deinde Nervi Vagi duo Trunci *V T*, quorum poſtremus per orificium ventriculi partim diſpergitur, aliter vero per poſticam hic anteriorem illius faciem diſcurrit. Inſpiciantur illius implicationes *d*, cum ſanguiferis vaſis, alteroque anterioris trunci ramo *G*, in ſuperiori ventriculi Orificio. Inſpiciatur illius extenſio X, ac propagationes, diramationeſque *I*, & *Y*, ſupra duodenum. Tandemque uberrima vaſorum ſanguiferorum ſeries inſpiciatur, *O* enim venoſum præbet truncum qui in portam fertur. *I*, Piloricam venam ſignat, *a* Cæliacas propagines *c*, gaſtro epiploicas, quæ per ipſius ventriculi fundum *d*, diſperduntur *g g*, tandem brevia ſunt vaſa quæ in lienem abſumuntur. Poſtremoque *s*, pancreatis ſitum indicat, ejuſque venas *N*.

FIGURA TERTIA.

SExti Nervorum paris alterius trunci diſtributiones complexioneſque proponit in Antica ventriculi facie una cum ipſorum ſanguiferorum implicationibus. Et primo *A*, faringis continuationem exhibet in ſtomachum, cui utrinque Amygdalarum adſtant corpora *E E*, ſubtenditurque in illius media parte. *B*, Glanduloſum corpus *F*, ipſius eſofagi curvaturam indicat *C*, *D*, *G*, ſuperius ventriculi orificium ejuſque anteriorem faciem *L L*, necnon & pilorum *H*, cum continuato duodeno inteſtino *P*. Hinc magnum Nervoſum truncum proponit cum coronariis vaſis *e*, anaſtomizatum. Proponit vas breve *g*, ac ſiniſtrum *f*, dexterumque *C*, gaſtro epiploicum ramum per inferiorem ventriculi fundum *K*, diſperſum, ac propagatum.

FIGURA QUARTA.

LIenem depingit, ſuis cum vaſis *A*, tum adnexa omenti portione *B B B*, copioſa vaſorum ſerie ſplenicorum *C C*, per ſubſtantiam lienis ubi diramantur.

FIGURA QUINTA.

CAvam lienis faciem abſque vaſis *H H*, exhibet, in qua Omentum adnecti ſuperius demonſtravit *D*, ſuperior illius eſt pars *E*, inferior *F*, ſiniſtra *G*, tandem dextera.

FIGURA SEXTA.

GIbbum ipſius lienis *L L*, proſpectum demonſtrat, a propria membrana involuti.

FIGURA SEPTIMA.

VAriis ſectionibus *I*, & *KK*, in gibba lienis facie, cellulosſam patefacit illius ſubſtantiam.

FIGURA OCTAVA.

COncavam Hepatis faciem oſtendit, cum vena Cava, ſuiſque propriis ligamentis *AA*, itaque ipſius Hepatis ſuperior eſt pars. *BB*, vero inferior *H*, vena eſt porta. *E*. Cavæ ingreſſus in Hepar. *D*, illius extenſio C, vero ſitus, in quo diafragmatis ſubſtantiam perforat *F*, rotundum eſt ligamentum *G*, vero ſiniſter *I*, tandem ipſius Heparis deſinentia, qua ſubjecto apptatur ventriculo.



SEPTIMÆ TABULÆ
FIGURA PRIMA.


Uperiorum Tabularum pari ferè ſectione penitiores alias Nervorum diſtributiones patefacit. Maſſeterem muſculum ſupinatum *A* divellit, inferioremque Maxillam *F*, deſquamavit, ut quinti Nervorum paris propaginem *D*, quæ ad dentes diſtribuitur, proponeret. Proponit & glandulam parotidem *C*, Tragi *u*, ſuperioremque labrum *B*, etiam ſupinatum, nervoſaque ornatum diramatione quinti paris.

In Thorace deinde ſeparato a Claviculis *Y Y*, ſterno, viſceribus omnibus amotis. Aſperæ Arteriæ tubo *q*, reciſo, Coſtiſque omnibus 1 2 3 4 5 6 7 8 9 a pleura liberatis in utroque latere glangliformis Nervi truncum præbet, qui in intercoſtales faceſſit *κ*. Præbet Eſofagum *P*, ſexti Nervorum paris propaginibus ⊖ ⊖ ⊖ munitum, quarum ſiniſtra 1 ſupra ventriculi orificium ſuperiorem *m*, reclinata, renalem flexum K, in dextera parte efformat. Præbet pariter ventriculum *n*, inferiorem illius orificium *o*, cui glanduloſa quædam corpora adſtant *l*, & *i*, a peritonei forſan Membranis *b b*, ſeparata, adſtant & inteſtinorum circumvolutiones *r r r r r*.

Hinc in dextero humero cujus caput *u*, indicat, extremum vero deſignat *x*, Cervicalium Nervorum conſpicitur progreſſus. Apparet primarum cervicalium ramus *s*, ſub extenſore longo *H*, progrediens, & in internum bicipitis Caput *G*, abſumptus. Spectatur altera eorumdem Cervicalium propago *B*, ad Carpum uſque protenſa, quæ longo ſupinatori *N*, Pronatori pariter longo *K*, radieo interno *P*, quadratæ Carni *O*, ac Profundo, ſive muſculo perforante *L*, adhæret. Apparet tandem poſtremus truncus nervoſus per inferiorem humeri partem excurrens *r r*, qui ad latus brevis ſupinatoris *M*, in radio diffunditur, ut in lævo apparet duplicatus brachio ſub litera ε. In quo ſane brachio obſervetur etiam poſteriorum cervicalium truncus *α*, qui in brevem extenſorem *Q*, longum *H*, Internumque brachieum *R*, diſtribuitur. Obſervetur radieus externus *T*, ab ipſorum brachialium ramo perforatus, *ƒ* quo tenuja producuntur filamenta in ſupinatorem longum *S*, Pollicis extenſorem *V*, ac indicantem Riolani *X*.

Infernis tandem in Artubus lumbarium Nervorum filamenta depingit: depingit namque ſuperiorem illorum truncum *λ λ* in Sartorium extra ſitum *g*, rectum *f*, vaſtum externum *b b*, in dextero tantum femore, in ſiniſtro enim ab hujuſmodi liberatur propaginibus, quemadmodum in utroque feriantur ſeminervoſi *e e*, nec non in vaſtos internos *a a*, tricipiteſque *c c c*, abſumptum depingit, & alterum inferiorem ramum nervoſum *μ μ*, ad dictos tricipites, graciliſque *d d*, productum. Femora denudata ſupra genu apparent *s s*.

FIGURA SECUNDA.

INſimo diſſecto Ventre, omnibuſque ablatis inteſtinis, quæ illis ſubjiciuntur viſenda proponit *A A*, diafragmatis abſciſſa portio eſt *B*, Hepar, cujus ſini-

TAB. VII.

FIG. I.

FIG. II.




FIG. III




FIG. IIII



FIG. V



ſiniſtrum ligamentum eſt *C*. Vena vero umbilicalis *D*, ejuſque altera portio *K*, fundus *H*, Ciſtifellis, illius ductus ciſticus *N*, Arteria hepatica *L*, Hepaticus Nervus *M*, Ventriculus *B*, Pilorus *G*, ac venæ portæ in hepar ingreſſus *F*, ſuperioris Ventriculi orificii ſitus eſt *R*, Arteria magna *S*, Celiaca *Q*, Vena Cava a qua ſplenicus truncus *X*, derivat in ipſum lienem *O O*, cujus linea cavitatem indicat *P*. Hinc obſervetur emulgens *a*, in dexterum renem *T*, ſeſe abſumens, obſervetur ſiniſtra *b*, in alterum renem *V*, ſeſe immittens, in quorum dextero obſervetur vena adipoſa *Y*, ac ureter *c*, pariter dexter, ſiniſter vero *d*. Siniſtræ itidem obſerventur præparantes venæ *e*, ac ſeminariæ, nec non dexteræ *f*, & quorum rami *g g*, in peritoneum diſtribuuntur. Poſtremò verò conſpiciatur Arteriæ Magnæ in Iliacas diviſio *L*, Arteria ſeminaria *b*, & ſubtenſi lumbares muſculi *m m*, ad lumbarium vertebrarum ultimam *n*. Sequitur inteſtinus rectus *o*, abſciſſus, Veſſica *p*, Penis *x*, ejuſque integumentorum pars *r*, una cum Scroto *u*, ſeparatiſque tum propriis, cum communibus membranis *s t*.

FIGURA TERTIA.

PRopria Membrana indutum, & in plures veluti lobos diviſum renem præbet *E E E E E E E E E*, cujus circumferentia circumſcribitur ab *A A A*. Indicatur autem emulgens vena *B*, Arteria *C*, ac ureter *D*.

FIGURA QUARTA.

REnes ipſos cum appenſis ſanguineis vaſis iterum præbet in ſitu, *A* Vena cava eſt, à qua adipoſi proficiſcuntur rami *K K*, Emulgentes trunci *C D*, Seminaria vaſa *G H*, Iliacique Canales *F E*. *B* vero Arteria magna eſt in duos tantum diſtributa ramos, ſolæ quamvis indicentur ſeminariæ *I I*, propagines *O O O*. Ren eſt dexter adipoſis vaſis ornatum, cui renalis Capſula ſuperſtat *L*, ſubeſt ureter *N*. Id ipſum vides in ſiniſtra parte, vides enim renalem Capſulam *M*, vides ureterem *N*, adumbratoſque lobulos *Q Q Q Q Q Q Q Q*, in rene ſiniſtro, quos in ſuperiori figura demonſtraverat.

FIGURA QUINTA.

PEr dorſi medium diſſectum Renem *A A A A A A* exhibet, ut celatæ partes in conſpectum adeſſent. Scilicet Carnoſa ipſius ſubſtantia, ubi glandulæ ſubjacent *D D D D*, Fiſtuloſi faſciculi *E E E E E E E*, Urinoſi ductus 1 2 3 4 5 6 7, & Carunculæ mammillares *F F F*, ac Pelvis, cui continuatus apparet Ureter *B*. Tamen advertat lector, quod ipſæ duæ ultimæ Figuræ in Euſtachio obſervantur.



OCTAVÆ TABULÆ
FIGURA PRIMA.



Uperioris Tabulæ non longe diversam sectionem instituit, ut eorumdem fere Nervorum, ac præcipue thoracis complexiones, inosculationesque varias detegeret. Hinc in facie, ut quinti Nervorum paris propagationem *B*, in superiorem labrum absumptam proponeret, labrum ipsum *A*, separavit, supinavitque, necnon inferiorem maxillam *C*, a mento *D*, disjunxit, ut lateralis etiam linguæ pars in conspectu adesset. *E* Parotis est glandula. Cartilago tirohidea *F*, Aspera arteria in thoracis ingressu *G*, recisa, ut subtensus esophagus *H*, multis vagi propaginibus *α α*, ornatus pateret. Carotis dextera *K*, paterent & Trunci Gangliformis Nervi *B B*, ad unasquasque costas distributi. Hinc Venæ cavæ *I*, in thoracem ingressus conspiciatur, conspiciatur Meseraicus plexus 2, atque renalis ♪, in renem ipsum X, sese absumens. Conspiciatur ventriculus *V*, renalis tum dextera *Z*, cum sinistra △, capsula. Arteria magna *Y*, sub diafragmate amputata. Hepar a naturali situ divulsum =, intestinorumque naturales circumvolutiones *a a a a a*.

Post hæc ultimarum cervicalium Brachialium truncum 1, depingit in humeri & musculos deltoidem nempe *L*, brachieum externum *N*, brevemque extensorem *M*, propagatum divisum vero in radio in duos conspicuos ramos ✕, quorum exterior Supinatori longo *T*, superextensus multis ramulis in radieum externum *Q*, Pollicis extensorem *P*, ac digitorum *R*, externumque cubiteum *O*, propagatur: feriato cubiteo interno *S*, quem profundiorum brachialium diramationes aliæ pertingunt.

Postremo ad infernos artus descendendo tum lumbarium, cum ossis sacri diramationes, & truncos nonnullis a proprio situ divulsis musculis patefacit. Patefacit in anteriori facie dexterum femur cujus superior pars est *Q*, inferior vero *Y*, lumbarium diramationes Ɛ, in Petineum =. Rectum *c*, vastum externum *d*. Femoreum *e*, (dempto vasto interno *b*) distributas. In posteriori vero utriusque femoris facie ossis sacri crurales nervos tum dexteros, tum sinistros ⊙ *ϰ* ⊙ *ϰ*, vastumque internum O, ostendit, qui in eodem dextero femore bicipiti *h*, subtensi; & tricipiti 1, & gracili, *f*, & seminervoso *g*, filamenta impertiuntur. In sinistro vero femore sub tricipite *m*, & semimembranoso *n*, extensi in tibia *u*, tandem facessunt in musculos suppopliteum scilicet *p*, gemellum *q*, atque soleum *r*, suralem nervum ⊙. Tandemque malleolus observetur externus *x*. Observentur musculi abducens *s*, adducensque *t*, pollicis. Ac in dextera tibia peronei postici recisa portio *l*, observetur una cum extensorum digitorum tendinibus nervisque *k*, in metatarso.

FIGURA SECUNDA.

EXtis omnibus per sectionem ovalem, ut pulchrè aspiciantur partes naturales, delineatis *a a*, ab abdomine recisis reclinatisque, necnon Hepatis *b b*, gibba, cavaque *c c*, facie cum sinistro ligamento *e*, venæque portæ *f*.

Deli-


TAB. VIII.
FIG. I.
FIG. II
FIG. III.
FIG. IIII.
FIG. V
VIII

Delineatis, universum tum urinæ, cum seminis secretioni dicatarum partium apparatum demonstrat. Videtur vena Cava 8 in quot utrinque dispertitur truncos, videlicet in adiposam sinistram *d*, in emulgentes *m n*, queis subtensæ conspiciuntur Arteriæ, in seminariam dexteram *u t*, sinistramque *q*, apparet Arteria Magna *K*, quæ præter seminarias in læva parte, ab emulgente Arteriosum ramum *X*, demittit, ac tandem ab iliacis tum arteriosis, cum venosis truncis per peritoneum *B*, disseminati inspiciuntur rami. Post hæc, a membrana adiposa denudati *p*, observantur Renes. Observatur dexter *q*, sinisterque. Ureter in vessica *V*, producti, tum ε, subjacet prostratarum glandulosum Corpus a communibus involucris nudatum, eique subtensus Vessicæ Sfinter ∫, vasa sanguinea hipogastrica λ, una cum annexo pene *u*, cujus nervosa corpora indicant *T S*. Postremo tandem in loco testes demonstrat suis cum involucris, ac vasis, demonstrat porrò tum venarum cum arteriarum trunci insertionem ∗∗, a quibus pampiniforme Corpus ♪, in vagina peritonei aperta, conflatur ∘, & varicosa corpora. ε, demonstrat Epididimum. *N*, ipsumque testem ι, cum propriis involucris *N V*, vas deferens *K*. Illiacus internus ε.

FIGURA TERTIA.

QUas in situ superior figura exposuerat partes, easdem separatas demonstrat non modo hæc tertia, sed sequentes etiam Figuræ diversis in sitibus, atque sectionibus. Hæc a qua venosus *o*, proficiscitur, qui in Membranam adiposam inseritur, sectam venam Cavam 8, exhibet, cum appensis emulgentibus *m n*, ac Seminariis *u t*, a quibus surculi *B*, ad peritoneum proficiscuntur. Exhibet arteriam magnam K, cum meseraico trunco *d*, reciso, ac seminariis arteriis *α*. Exhibet renem suis cum protuberantiis 7 1 8, ac Ureteres *q*, in Vessicam apertam *V r*, hiantem ingressos, in qua ordeacei grani situs *o*, designatur, cum adjacentibus ureteribus dilatatoribus musculis ξ ξ. Ipogastricorum vasorum *V V*, propaginibus fulcitis, qui supra spongiosa etiam Corpora *S T*, distributi ad glandem ipsum ∗, pertingunt. Hinc prędictorum seminalium in testem ingressus ♪ conspiciatur, ut pampiniforme Corpus *N*, Epididimum H, testemque ε Q, constituant. Ac tandem deferens vas conspiciatur)(in posteriorem Vessicæ faciem absumptum.

FIGURA QUARTA.

POsticam earumdem partium prębet faciem altera hæc figura, prębet scilicet sinistrum renem elatiorem, in dextera parte collocatum 3 7 2 8 4, prębet ureterem *q*, in Vessica *V*, ingredientem *t*. Deferentium vasorum *x*, in prostratas ξ, inosculationem *u*, Vessicæque Sfinterem ∫, cum subjecti penis Nervosis corporibus *S T*. Arteriæ autem magnæ *b*, Venæque Cavæ posteriorem faciem ostensurus, copiosam non neglexit surculorum seriem delineare, qui ad vertebras pertingunt. Quemadmodum non neglexit animadvertere sinistram seminariam venam *B*, ab Emulgente proficisci, dexteram e contra *t*, cum subjectis Arteriis, ab ipso majori trunco originem suam desumere. Necnon ab ipsis emulgentibus, adiposam Venam recisam *l*, oboriri. Hinc in testibus pampiniformis Corporis principium ♪, progres-

ſumque ɛ, deſignat, deſignat & Epididimi principium *l*, atque finem, ubi incipit vas deferens *n* ⊕.

FIGURA QUINTA.

NOvem, quæ ſub hac figura repræſentantur icones, varios tum Didimorum, cum Epididimorum proſpectus exhibent. Quapropter exhibet teſtem ab anteriori ejus facie, *A E F*, propria indutum Membrana *G*, continuatoque præparantium vaſorum trunco *C D*.

Idipſum ferè, ſed in poſteriore facie demonſtratur in altera icone, in qua Didimi circumferentiam denotant *B E F*, denotat, & deferentis initium vaſis *G*, ubi deſinit epididimus, ac pampini ferme Corpus *D*.

Epididimos deinde ab ipſis teſtibus ſeparatos demonſtrat *H*, & *I*, in hac pariter figura demonſtratur a membrana vindicata: Demonſtrant tamen teſtes *L*, & *M*, albuginea Membrana obductos *o o*, cum continuatis præparantibus ductibus *N N*.

Didimos integros etiam demonſtrat ab adnexis omnibus partibus ſeparatos, Albugineaque tantum Membrana circumductos vaſis præparantibus ornatos *P Q R S*. Ac poſtremo ut ejuſdem teſtis interna ſubſtantia pateret, per medium ipſum *T*, aperuit, ac elaborantium Vaſorum circumvolutiones demonſtravit *V V*.




NO-

TAB. IX.

FIG. I.

FIG. II.



III IIII V VI

VIIII.

NONÆ TABULÆ
FIGURA PRIMA.



Trumque ventrem, medium infimumque, cum plerisque visceribus sejunctim reclinatis ob oculos ponit, ut exinde suo in situ, sive illinc submota sanguifera quædam vasa, nervique, & musculorum portio in articulis sita appareat.

A Musculus Mastoydæus sinister suo avulsus principio in pectoris summitate, *n* Nervi duri ramus ipsi musculo superincumbens, *o* Ramusculus alter auditorius retro aurem durus in fine Mastoydis protensus, *l l l* Parotidis glandula in tres veluti partes distincta, *m* lobus auris inferior, ubi Nervi duri ramusculus adnectitur cum fibris, *h* Massateris musculus, seu molitor suo in situ spectandus, *i* Nervi duri appellati musculum buccinatorem subeuntes, *f* exinde Zigomaticus musculus, seu labii superioris levator, *g* & qui inferioris labii depressor audit, sese offert, *B* aspera arteria dum Thoracem ingreditur, recisa in anteriore parte colli, *C* Stomachus, seu Exophagus pariter recisus, & asperæ arteriæ subjectus. *p p* Primores hæ sunt duæ costæ nervis gangliformibus proximæ, quibuscum aliæ etiam nudatæ ossibus, secus spinam ab anterioribus Cartilaginibus sejunctæ apparent, ut nervorum ipsorum ingressus in intercostales prospiciatur *q* dexter intercostalis nervus sinistrorsum reclinatus, parique suo dextrorsum adnexus, & supra vertebrarum basim, & cartilaginosa ligamenta transiens.

Venam portam per Omentum, Mesenterium &c. propagatam *N*, in prospectu habes, *D* D D Arteriæque mesentericæ ramos a Mesenterii adipe pro parte divulsos, *M M* Portio Mesenterii hæc est, quam ad alliganda intestina proxima spectare scimus, *L L L L L L* Hæque intestinales complicationes naturali a situ dimotæ, *H H H H* Tela Omenti anterior, & inferior, quæ ad intestina obtegenda dilabitur, *G G G G* Ventriculus extra situm inanis elevatus, ne latus ejus, quod vertebris adhæret ob oculos non ponatur, *S* Superius stomachi orificium, *E* & vena emulgens sinistra, *F* & emulgens arteria renibus direpta, superque intestina, & mesenterium injecta, *r* conspicuus ramus gangliformis in plexum renalem distentus, *u u u u u u* Nervos hic gangliformes, mesentericos vide pro parte adipe mesenterii donatos, *l l l l* pro parte illo nudatos, *I* & Ren dexterum, & affabre delineatum ad dexteram modicum elevatum, omnique involucro expoliatum, *O* Occurrit & hic urinaria vessica, sive ejusdem fundus * * *, & limbus ab abdominis musculaturis Ilium secus, pubemque recisus &c. *P* Deltoides musculus anterius ab humero recisus, sursumque suo cum tendine pergens, ut nervi eminerent, *Z* Nervosus hic cervicalis, brachialisque est ramus, qui posterius per fibras suas expanditur, *T* & hic musculus extensor longus in suo situ videndus, *Q* uti & hic extensor brevis extra situm exhibitus, *R R* Visuntur Musculi brachiei interni, *S* Biceps sinister modicum interius admotus, ut melius appareat *Y* Nervus alter cervicalis exterior brachialis per humerum transversim in interna ejusdem parte diffusus apparet, *x* aliusque Cervicalis brachialis nervus

ab axillis ad cubitum uſque extenſus, ſub pronatorem translatus, quique illinc ad intimam manus partem excurrit, *V* Muſculus ſupinator longus, *X* Muſculus pronator longus, ſeu rotundus, *a a* delineantur crurales nervi ſubtus pubem translati, hinc indeque complures in ſurculos abeuntes, & per femora, muſculoſque ipſis adhærentes divaricati, *B B* ſpectantur & ipſorum nervorum ſuper femorum planum revolutæ propagines, *ꝺ* Alii ejuſdem cruralis nervi ſurculi, qui ſub initium Muſculi tricipitis diffunduntur, *Υ Υ* aſpicimus primum tricipitis caput à pube divulſum, ne quos diximus nervi *o o*, oculos effugerent, *Z Z* videmus & tricipitum ſuo in ſitu altera dexterum, ſiniſtrumque capita, ▵ ▵ Hoc tertium, ultimumque caput majus tricipitum aliquanto ſubmotorum, ut nervi appareant cum tendine magno in lateralem internam partem deſcendente, *b* Seminervoſus muſculus, *d* Muſculus ſemimembranoſus ſuo in ſitu tendinibus ſuis donatus, qui ad Tibiæ ſummitatem alligantur *c*. Pollicem adducens muſculus, ε & ſurculus ſacrorum cruralium nervoſus, extrema ſui parte per pollicem vagus, *O* Muſculum vaſtum externum aſpice, *R* nervumque, ſeu nervoſum ramuſculum in peronis ſummitate conſpicuum ad malleolum uſque externum, ubi ſua ipſius extenſio deſinit, Simul & nervulum cruralem ab oſſe ſacro dilapſum, itemque exiliter in plures ſurculos abeuntem per pedis dorſum indicem inter, & medium, *e* Habes & magni extenſoris digitorum tendines, in quocumque eorum cum pollicis tendine uſque ad ungues propagatos.

FIGURA SECUNDA.

SUbmoto ſterno per coſtarum fractionem vaſa mammaria ſuo in ſitu dextrorſum aſpicimus, & læva ex parte mediaſtinum, quod bifariam thoracem in longum diſſecat, *A A* Jamque coſtas Cartilaginibus ſejunctas habemus, *B B* Muſculos exinde intercoſtales ipſas inter Coſtas, Cartilagineſque allocatos, *C* Item & Coſtas ſiniſtras a Cartilaginibus pariformiter divulſas, *G* Vena jugularis externa, *E* Clavicula denudata, *F* omnis generis vaſa axillaria, *M* Vena mammaria ſiniſtra ſub ſterno verſus Abdomem procurrens, *N* & arteria æque mammaria venæ adhærens, *O* Ramuſculi inſuper dictorum vaſorum per thoracis membranam diſſeminati, *H* Dextra Thoracis cavitas quæ ſua membrana obtegitur, *K* Situs quoque unde mediaſtinum cedit, cum pleuram efformat, *i i* ſinuſque ſecti tranſverſi pleura inſimul, & mediaſtino coopertus *Q*, uti & ſitus unde cor intra pericardium extuberat, *L* Venoſi rami, & arterioſi ſimul, qui per pericardii ſuperficiem diffunduntur, *p* diaphragmaticus, ſeu ut ajunt, ſecti tranſverſi per nervum ad diaphragma dilabens, *P* Mediaſtinum ſiniſtra ex parte, *T* Siniſter quoque pulmonis lobus, *R* & pulmonis gibba pars, qua coſtis adhæret, *V* ſiniſtrique lobi pulmonici extremitas, *S* Sua tandem ejus gibba extenſio, qua coſtas complectitur.

FIGURA TERTIA.

SPectandum in pericardio cor ante oculos ſtatuit, interque pulmones, & diaphragmatis partem locat, *A* Vena cava, & arteria magna patet, *B* Peri-

Pericardii ab ipſis canalibus procedentis origo, *C* Pericardium, *D* & ſua ipſius pars anterior cum cava inferiori, quæ etiam intus extuberat, *E* Mediaſtina vena etiam per interiorem Diaphragmatis ſubſtantiam diffuſa, *F* Cordis Mucro ab ipſo pericardio obtectus, *G* pericardii, ſeu mediaſtini telæ connexio, quæ diaphragma cooperit, *H* Et diaphragmatis ſciſſi portio inferius reclinata, *II* Diaphragmatici nervi, *L* ſuperius lobi pulmonici, *MO* videmus, & inferiores pulmonicos pariter lobos modicum a corde, & pericardio diductos, *N* Pulmonis ſuperior lobus, gibbaque ejus portio.

FIGURA QUARTA.

COr ipſum anterius ſuo pericardio nudatum apparet, *A* Pericardium videmus cum cordis vaſis continuari, *B B* & Pericardii anterius, verſuſque cordis latera evulſi, *D* Baſis illa eſt cordis, unde majores ejus canales emergunt, *C* cordis ipſius media, anteriorque pars, & mucro, ſeu cordis apex, *E* Pericardio exutus, *F* ſequuntur Vena cava ſuperior, *G* Arteriæ magnæ angulus *H*. Arteria pulmonica, aut ſi malis arterioſam venam dicere. Utræque cordis auriculæ, *I* dextera, *K* & ſiniſtra, *L L* Habes venas, arteriaſque coronarias *M O*. Lobos ſuperiores pulmonicos, cum inferioribus, a lateribus, *N P* Pericardium deductum, *Q* quin etiam diaphragmatis, aut ſecti tranſverſi partem.

FIGURA QUINTA.

EXtra Pericardium cor viſendum proponitur, & ſiniſtrorſum translatum. *A*, jamque dexterum cordis latus cum vaſis Coronæ inſtar annexis exhibetur *B*. Jam ipſius dextera auricula, quæ magnitudine ſiniſtræ præſtat, *C* Spectatur & vena cava ad cordis ingreſſum adhærens, *D* & venæ cavæ pars inferior, quæ aſcendens diaphragma trajicit, *E* hæc ſecti tranſverſi pars eſt, *F* hæc vena cava aſcendens ſecus jugulum exciſa, *G* ejuſdem venæ continuatio juxta inferiorem venam oſtenditur, *H* Arteriæ magnæ radix, ſeu principium, *K* Sexti item paris ſiniſtræ propagines, *L M N O* ſicut & anteriores lobi pulmonici in quatuor ſectiones partiti, & in cordis lateribus nonnihil decuſſati, *P* Membrana denique eoſdem pulmones involvens cum vaſis.

FIGURA SEXTA.

AD dexteram aliquanto converſum cor exhibet, ut vaſorum ejus proſpectus clarius occurrat *A*. Siniſtrum cordis latus, *D* Poſterior pars ejus Coronariis vaſis ſepta vaſorumque illorum progreſſus patet, *C* Mucronis cordis illa poſterior pars eſt, *F* Siniſtra illa auricula, *G* Hic Arteriam venalem, ſeu arteriam pulmonicam demonſtrat, *H H* Dictæque arteriæ ramos per Pulmones excurrentes, *I* Venæ pulmonicæ initium, *K* Pulmonica vena, & ipſa in pulmonem ingreſſa, *L* Arteria pulmonica ſub initium inflexa, ut ſiniſtram Carotidem formet, ad magnæ arterię latus, unde lobos pulmonicos penetrat, *P* Arteriæ magnæ angulus ſiniſtrorſum poſt vertebras inflexæ, *o* Dictæ arteriæ magnæ major truncus, *R* Verſuſque jugu-

lum aſcendens Arteria magna, *S* Ipſa eadem arteria magna aſcendens ad juguli dexteram partita, *X* Siniſtraque ejuſdem arteriæ aſcendentis portio, *T*. Spectabis itidem aſperę arterię anticam partem ſuis annulis donatam, *d* nervumque vagum dexterum, *g* nervumque recurrentem, *Q* ſimul & arterię magnę ad Axillas tendentis portionem, *E* cum nervorum gangliformium, & vagorum ramis per cordis baſim procurrentium, *l l M* K *N m* tum & pulmonicos lobos ſuperiores, inferioreſque, qui decuſſantur, *n o* quin etiam & ſeptum tranſverſum, quod alias Frenes appellatur.



TAB. X.

FIG. I.

FIG. III.


FIG. II.

IIII

V



VI.



VII.




VIII





VIIII.



X.

DECIMÆ TABULÆ
FIGURA PRIMA.



Bductis duorum ventrium viſceribus, ſitum in ipſis nervorum, gangliformium, intercoſtalium vulgo, progreſſumque oſtendit, a quibus nervus plexus renalis effingitur; Brachiales inſuper, & crurales nervos aperit, qui in articulorum muſculis inſeruntur.

A. Jam Maſſateres muſculus ab infimæ mandibulæ proceſſu coronoide avulſus, verſuſque tempora elevatus patet, *B* labium id ſupernum eſt, & inverſum, ut quinti paris in illo proceſſus oſtendatur. *C* Biventer muſculus in ſitu ſuo, *y* ejuſdemque biventris extremitas. B Conſpicuus quinti paris nervus, ſeu guſtatorius primus, qui ramoſus progreditur per maxillæ centrum ad dentes, eorumque alveolos, quare illius ſuperficies abraſa exhibetur, *b* Parotidem glandulam habes velaminibus exutam, ut complures in ea plexus juxta ipſius ſitum conſpiceres. *D*, inque ſitu muſculum ſiniſtrum Maſtoydæum *i*. Laringem quoque, aut aſperæ arteriæ caput, *E* ille muſculus Jotiroidæus eſt. *t* Ille Coracoioidæus, *G*. Scalenuſque muſculus. *ſ* Q latera dorſalium vertebrarum apparent, unde gangliformes nervi expanduntur, & per intercoſtales vertebras excurrunt. 5. 6. 7. &c. coſtæ ſunt legitimæ ſimul, & ſpuriæ, infractæ, parteque ſterni anteriori ſubmotæ, cui cartilaginum opera alligabantur. *u u u* Mirabilis ipſorum gangliformium nervorum congreſſus, qui ad lævam poſtremarum, quæ mendoſæ audiunt, coſtarum obliquè reflectentes, & copulati ſupra lumbarium vertebrarum planum, in multos abeunt ramos Ipogaſtrii cavitatem verſus tendentes, *n n*, peritonei tela, ſuaque intima facies, *a a*, lumbares, ſeu Pſoas muſculi ad dexteram cum minori Pſoas exhibito. *o* Adipoſa hæc eſt portio ſupra infraque lumbares ipſos reperiri ſolita. *m* Acromion proceſſus in Scapulæ cervice continuatus. *f* Humeri caput cervici ipſi, & acromion proceſſui compaginatum. *R*. Muſculus dorſi latiſſimus exhibetur in ſitu, quem ab uſu ani Scalptorem vocant. *K* Muſculi extenſor longus. *I* Extenſorque brevis. *H* & Brachieus muſculus externus *g*, & Olecranon, quo Muſculus anconeus tendit. ♪ Ramus hic eſt cervicalis nervi brachialis alter ſupra humerum conſpicuus, & diramatus. *L* Muſculi bicipitis pars in ſitu monſtans. *P* Cubiteus muſculus internus, *l* os cubiteum. *O O* Magnus extenſor digitorum diviſus occurrit, *M* muſculus ſupinator longus, ſimul &, *N* radieus externus muſculus. ⊛ ⊛ Vide majores lumbares nervos crurales anterius per femoris ſiniſtri, & dextri ſuperficiem variis ramis, *y* &c. excurrentes. *e* Primum caput muſculi tricipitis. *Γ* Alterum majus ipſius caput, ſeu medium. *Z* Tertium denique capitis caput pariter triceps in ſitu ſpectandum. *S* Sartorius eſt muſculus, cujus extremitas interius à tibia diſciſſa eſt, & ad ſiniſtram reclinata, ut lumbares crurales nervi appareant. *X* Muſculus rectus. *T* Muſculus vaſtus internus. *V* Vaſtuſque muſculus externus. *μ* Apparet magnus digitorum extenſor muſculus, qui etiam gnimodatillius audit, & complures nervorum rami, nervi magni cruralis ab oſſe ſacro procedentis propagines, *k* Cruralis nervus

inter pollicem & indicem diramatus per tendines digitorum extenſores diffuſi. Aſpicimus, *d* & chordam magnam cum gemellis muſculis, & ſoleo continuam. ε Nervorumque curalium dexterum duplicatum qui ſuppolitei appellantur ramos, quinque a ſura excurrentes in planta pedis conduntur.

FIGURA SECUNDA.

Tabella hæc, Caput cum colli muſculis oſtendit, & ventriculos cordis. *A* Muſculus ſternus Tiroidæus à Tiroide Cartilagine diſciſſus ſeſe offert. *B* Joideus exſternus muſculus ab oſſe Joide reciſus. *C* Platis mammyodes portio ab inferiori mandibula divulſa, & inferius reclinata, *D* Habes & Coracojoideum ſurſum reflexum. *E* Biventremque muſculum, mandibulæ inferioris parte dimotum, & per anſulam ſtilo joidei translatum. *F* Muſculus genioideus à mento direptus, & anterius ad collum reclinatus, *G* & Genioideus alter pariformiter divulſus. *H* Muſculus ſequitur Petricoideus externus, ſive alaris, *K*, & interior etiam ptericoideus dexter, *I* & Stilogloſſus in ſitu, *L* Vide muſculum baſiogloſſum à lingua direptum, everſumque, ne tibi, qui in eo procurrunt nervi non apparerent. *M* Vide & linguæ apicem in ſitu ſuo. *N* Glandulamque parotidem. *O* Partemque inferioris mandibulæ ſuis dentibus donatæ. *P* Superius labium ſurſum inflexum, ut quinti paris nervus diramatus per linguam &c. appareant. *Q* Jugularis venæ exterioris ramus. *R* Maſtoideus in ſitu muſculus, *a* quinti paris, ſeu guſtatorii nervi, qui audit primus, propagines, per linguam abeuntis. β Nervi motorii qui ad linguæ muſculos excurrunt, nonique paris nomine appellantur, quique ramo muſculum maſſaterem mandibulæ inferioris ſiniſtrum divulſum invadunt. *r* Apparet & nervus gangliformis intercoſtalis, qui ſurculos per collum ad præfatos muſculos diſtribuit. δ Simul & vagus nervus intercoſtali ipſi per collum etiam adhærens, pariſque octavi vocabulum habet.

FIGURA TERTIA.

Thoracem diſſectum, ſternumque elevatum ſpectandos delineat, ut ſuperficiales quæque partes in eo detentæ appareant. *A A A* Sterni pars inferior, ejuſque Cartilagines à coſtis abſciſſę oſtenduntur. *S* Cartilago enſiformis a figura audiens. *B C* Venę illę mammarię ſunt, propagines quidem Aſillaris venę ſub ſternum ipſum productę. *D E* Et arterię mammarię pariter ortę aſcendentis ſurculi, quę a ſubclaviis efformantur. *F* Glandulę ſitus vulgo Thimo appellatæ, quæ ſterni ad initium ſubjacet, *G H*. In dexteram mediaſtini productionem. *L L I I* In ejuſdem ſiniſtram, quibus ad ſternum adnectitur. *M M*. Mediaſtini apparet membrana, quæ ſub pleuræ nomine extenditur, Thoracemque interius veſtire nata eſt. *K* Venas mediaſtinas deinde aſpicimus, propagines cavæque, ſubclaviæque per ipſum mediaſtinum diffuſas duos inter *m m*. *N* pulmonicum dextrum lobum, *P* lobumque ſiniſtrum. *O Q* Occurrit ſiniſtra, & dextera portio Mediaſtini, quorum utraque ſuper ſeptum tranſverſum, infraque pulmones extenditur, *R R* & ſeptum tranſverſum reclinatum inferius, æque mucronata avulſum Cartilagine. *T V* Integumenta illa ſunt a muſculis Cartilagini ipſi adjacentibus diducta.

FIGU-

FIGURA QUARTA.

Siniſtri cordis ſuperiorem ventriculi partem indigitat. *A* Diſciſſam ſecus pericardium arteriam magnam videmus, *B* arteriamque pulmonicam, ſeu mavis arterioſam venam appellare. *C C* Venę exinde pulmonicę, aut venoſæ arterię patulum orificium, *D* ejuſdem venę protuberantia, *E F* valvulęque occurrunt mitratæ vulgo, a pulmonica vena ipſa pendentes. *G* Sequitur & hiatus, ad pulmonicę venę centrum ducens, *H H* media illa eſt carnoſa cordis ſubſtantia. *I* Et illud ſeptum medium ejuſdem ventriculos dividens.

FIGURA QUINTA.

INferiorem ſiniſtri cordis ventriculi partem in longum apertam exhibet, *B* jam vena cava ſuperior apparet, &, *A* arteria magna, vaſa utraque juxta cordis baſim diſſecta. *C* Exhibetur venoſę arterię, ſeu pulmonicę venę hiatus. *D* Cordiſque patet ſubſtantia, ad hiatus ipſius formationem tendentis. *E F G* Habes & valvuloſas membranas arterię ipſi continuas, quę alias ſemilunares audiunt. *H H* Ejuſdemque arterię orificium, quę a ventriculo ſiniſtro procedit, ubi arteriæ coronarię aperiuntur.

FIGURA SEXTA.

HÆc quoque dextri ventriculi aperti inferiorem partem ob oculos ponit. *A* Vena nimirum cava inferior, cum dextra auricula continuata hic deſignatur, *B* & hic aliquando procul à corde ſuperiorem venam ipſam diſciſſam vides, *G* ſicut & duarum Coronalium venarum orificii ſitum. *D* En venæ cavæ in cor ingreſſum, *C* lacertuloſque; tenueſque tendines una ad tricuſpides valvulas concurrentes. *E F* ſubſtantiam denique cordis, carneaſque columnas ſuas, quæ ſepto medio ſuperincumbunt.

FIGURA SEPTIMA.

VIſendam proponit ſuperiorem, dextramque ventriculi dextri cordis portionem.

A. Vide venæ cavæ a jugulo deſcendentis partem. *B* Pulmonicamque Arteriam apertam. *C C C* Tres valvulæ illæ ſunt quas ſygmoides appellant, *D* illudque arteriæ pulmonicæ in corde ipſo orificium. *E* Exhibetur & ſeptum medium lacertulos carneaſque columnas medians, quodque dextrum, ſiniſtrumque ventriculum invicem dividit.

FIGURA OCTAVA.

COr ipſum tranſverſum abſciſſum offert, ut illorum ventriculorum ſubſtantia clarius ſpectetur.

A. Venæ cavæ inferioris portionem diſciſſam habemus. *B* Dextramque cordis auriculam, *C* uti & arteriæ magnæ truncum, *D* arteriamque pulmonicam. *E* Apparet & læva auricula coronariis vaſis donata, *F* & cordis mu-

cro, per tranſverſum ſauciatus, *G* dexterque cordis ventriculus; *H H* ſiniſterque. *I I* Septum denique medium cordis, a quo viciſſim ventriculi ipſi conjunguntur.

FIGURA NONA.

ANteriorem pulmonis partem repræſentat, amoto a medio ipſius corde. *A A*. Videre eſt Æxophagum ſeu gulam in collo diſſectum, ſupra Diaphragma, *B* aſperam quoque arteriam, ſuamque anteriorem partem ad thoracis ingreſſum abſciſſam. *C* Spectatur & arteria pulmonica, ſive venam arterioſam dixeris, &, *D*, pulmonica offertur vena, quam arterioſam quoque nominamus, quæque cum arterioſa vena per pulmonem effunditur. *E F* Duo illi ſunt lobi ſuperior, anteriorque pulmonis arterioſis, venoſiſque pulmonicis vaſis irrigati. *G H* Lobi & illi ſunt inferiores, qui Diaphragma reſpiciunt. *I* Laſſam tandem diaphragmatis portionem a Mediaſtino indutam pulmonis lobis adhærentem oſtendit.

FIGURA DECIMA.

SPectandus hic pulmo occurrit, ejuſque poſterior pars bubulinæ ungui aſſimilis.

A. Aſpera notatur arteria, poſteriorque pars ejus antequam Pulmonem ſubeat diſciſſa. *B C* Superioreſque, & pulmonici poſteriores lobi cum foſſulis inæqualibus offeruntur. *D E* nec te latent poſteriores, inferioreſque pariter lobi. *F F* Sed hic lineam deprehende, quæ quatuor in lobos pulmonem partit.



UNDE-

TAB. XI.



UNDECIMÆ TABULÆ
FIGURA PRIMA.



Ervos gangliformes hæc pariter inſpiciendos proponit, uti per Thoracem, abdominiſque cavitatem diffuſi abeunt, cum aliis articulorum nervis brachialibus, & cruralibus per muſculos diſpertitis.

A. Et quidem muſculus temporalis ſiniſter à temporibus evulſus occurrit, & in labia ſupinatus, ut nervoſa propago à primo guſtatorio, *a* ſeu pari quinto, aut tertio, juxta antiquos, producta proſpicua fieret. *B* Vide inſuper parotidem in ſitu glandulam. *C* Muſculumque maſtoideum, qui ob ſterni remotionem, à quo principium trahit ad colli ſiniſtram verſus humerum translatus eſt. *D* Hic muſculi cucullaris imago exhibetur a vertebralibus nervis forati per occiput diramatis. *u* Aſpera arteria hæc eſt, *X* Æxophagus, æqualiter, dum thoracem ſubeunt reciſi, *y y* & illi nervorum gangliformium intercoſtalium caudices ad ſtapedis formam lateralis diffuſi ad vertebras inter coſtas ad hoc infractas, ut illi melius apparerent. *O* dextera gangliformium ramificatio ad ſiniſtram, & ſupra lumbares vertebras complicata. *u* ſimul & lumbaris nervus ſpectatur per peritoneum translatus, quique in vertebris cum gangliformi ipſo unitur. *t* Adeps quoque ſupra gangliformes nervos diviſus, modicumque reclinatus ad lævam. *ſ* Offeruntur & gangliformes nervi per adipem ipſum intruſi. *V* Peritoneum inde reſectum, & ad dexteram depreſſum ad hoc etiam, ut cruralis ille nervus ɔc in ſurculos tres dipartitus, quique ad pubem tendit, oculis ſubjiceretur. *E* Apparet identidem deltoides muſculus, in quo conſpicuus brachialis nervus diſciſſus abſconditur, ε & nervus brachialis Cervicalis internus circa ultimas colli vertebras propagatus, & in cubiti flexum à longo pronatore opertus. ι Exindeque per intimam cubiti partem pariter diffuſus in manus extremæ carpo latens. , En externum alium brachialem nervum non procul a ſupinatore longo reciſum, *F* en in ſitu bicipitem muſculum in longum a nervo ipſo brachiali magno munitum. *G* Hic pronator longus eſt ſive rotundus. *I* Supinator longus ſuo a principio divulſus. *H* ſublimis muſculus, ſeu ab humeri interno apoſiſi perforatus, direptuſque paululumque demiſſus, ut magnus brachialis nervus ejuſque remificationes, quæ illum perforant ante oculos ponerentur. *n* Nervus ſiniſter brachialis per humeri centrum, ejuſque muſculaturas quatrifariam inſertus. *K* Muſculus biceps ſiniſter. *N* Extenſorque longus à ſitu deturbati ut quem diximus nervus oſtenderetur. *M* Internus brachieus ab humero erga internam cubiti partem in ſitu extenſus, & Brachieus externus, *L* ſecundum bicipitis caput. *P* Muſculus ſupinator longus in ſitu. *Q* Radieus externus. *T* Cubiteus externus ſuperiori ex cubiti parte totaliter ſubmotus. *R* Pollicis extenſor, *S* inque ſitu etiam extenſor indicis. B brachiales nervuli per indigitatos muſculos abeuntes. *i* Nervi etiam brachiales erga carpum abſque diviſione protracti ſub cubiteum internum, ad hoc aliquantulum deductum, *a* Vaſtus internus in femore. *Z* Rectus in ſitu ſuo muſculus. *Y* Vaſtus externus, *X* muſculi membranoſi. *b b* Gemellus

ſecus poplitem diviſus, ne conſpicuus ſuppopliteus nervus v celaretur, *r* qui hinc inde propaginibus ſuis anterius, & per tibiæ latera progreditur. *o* Nervus ſuralis a poplite emergens, qui ſub extenſorem pollicis abit, & per pedis dorſum diramatus excurrit ad digitos. *c* Muſculus magnus extenſor ſuis cum tendinibus in ſitu. *f* Muſculus æque extenſor pollicis. *e* Muſculus tibieus anticus in ſitu. *s* Os fæmur ſiniſtrum. *g* Vaſtus internus à genu detractus. *b* Triceps, aut ſecundum ejus caput, *i* tertium tricipitis caput inferius remotum, ad illius rami oſtenſionem nervoſi, ſacri, cruralis K, qui inter capita illa duo nervoſas fibras immittit, *K* nervus ſiniſter lumbaris per femoris ſuperficiem diffuſus. *l* Semimembranoſus pariter deorſum demiſſus, ut clarius magnus ille nervus ſacer cruralis pateret, qui denique in poplite diviſus internam ſuræ partem ingreditur. *n* Magnus cruralis nervus in ſuppopliteum abiens. 8 *g s ξ* τ, non tenues nervoſi ſurculi ibi ad muſculaturæ commodum producti oſtenduntur. *r* Tibia. *m* Gemellus muſculus. *n* Flexor longus digitorum pedis. *o* Pollicis deductor. *p* Pollicis extenſor tendo. *q* Digitorum extenſor.

FIGURA SECUNDA.

SEmiovato autem in icone duæ occurrunt figuræ, quarum una muſculos, qui ad linguam faciunt, oſſa joidea &c. exhibet, altera verò partem illam cranii, ubi interius cerebrum adhæret, repræſentat.

A Muſculus demonſtratur maſtoideus ſiniſter a ſuo principio diſtractus, ut muſculi alii ſibi ſubjacentes in lateralibus colli partibus conſpicerentur. *B* Biventer muſculus ex parte interiori inferioris mandibulæ ſejunctus, inferiuſque demiſſus, ut ejus in aſulam muſculi ſtilojoydei penetratio dilucidius videretur. *C* Coracoidæus muſculus a ſummitate ſcapulæ direptus, pariterque extra ſitum poſitus. *D* Sternoioideus ſiniſter muſculus in ſitu ſuo. *H H* Baſius lingualis in ſitu. *E E* Genioglofſus a lingua ablatus, deorſumque prominens. *F* Muſculus Maſſateres ſiniſter lateraliter ab inferiori mandibula detractus. *a a* Ramificationes a nervis guſtatoriis primis efformatæ, ſeu par quintum inferioris mandibulæ veluti ad dexteram penetrati, & implicati ſimul in lingua. B B Nervorum motorum par nonum per linguæ muſculos mirabiliter propagatum. *O O* Superius labium pro parte ſciſſum. *K* Inferior mandibula ſurſum ſublata, unde complures quæ illi ſubjacent partes conſpicuæ fiunt. *Q* Ptericoideus muſculus internus. *M* aſperæ arteriæ ſitus. *N N* Sternoiroides in ſitu muſculi. *I* Maſtoideus dexter muſculus. *L* linguæ radix.

FIGURA TERTIA.

A A A A CRanii naturam, formamque ad hoc diſſecti aperit. *B B* Ejuſdem apparet cavitas, in qua cerebellum locatum eſt. C Oſſis ipſius ſinus poſterior, cui longitudinalis adhæret ſinus. *D* Azicum foramen, ubi ſpinalis medulla intruditur. *E E*. Petroſi proceſſus exhibentur a temporali ipſo formati. *F* Siniſtrumque ſinciput, cum temporalis portione, ejuſque cavitate, ubi emiſpherium poſterius, & laterale cerebri allocatur. *G G*

Vitrea

Vitrea lamina offis frontalis fuper orbitas elevata. *H* Vides offis frontalis anteriorem proceffum, ubi incipit, hæretque longitudinalis finus. *I* Criftagalli, feu criftatus offis etmoidis proceffus, in quo falx mefforia connectitur. *K* fella turcica, cavitafque ipfius occurrit, ubi refidet glandula pituitaria. *O* Ovatum foramen diruptum, ut par quintum guftatorii per faciem internam mufculi temporalis diffufi; qui ab offe direptus eft, appareret. *M* Pericranium ad ipfum hauriendum mufculum procedens, fuis etiam nervis donatum. *N* finiftra a cute divulfa auricula. *L* Temporalis mufculi facies, quæ offi adhæret, à temporum offe diftracta.

FIGURA QUARTA.

LAringem afperæ arteriæ continuam, cum pulmonibus, & corde vaforumque ejus majorum portione in profpectu delineat.

A A A Mandibulæ inferioris a cranio fubmotæ figuram arcatam afpicimus. *B B* Mufculofque alares,feu genioideos externos in mandibula ipfa connexos. *C* Epiglottis exinde in medio tiroidis elevata offertur. *D D* Et tiroidis cartilago fuis lateribus donata, *F F* offis ioidis latera, erga condiloides proceffus mandibulæ ipfius tendentia. *H H H H* Simul & nervus vagus, feu par octavum excifum ftatim, atque a cranio exivit, progreffufque ejus in vafa cordis exprimitur. *I I* Confpicua vocalis ipfius propago furfum reflexa fubalari ipfo mufculo, *E E* Cricoidem afpice, mufculofque ejus anticos cricotiroideos nomine *G G* & afperæ arteriȩ annulos anterius in girum. *K K K K* Vagi ipfius funt recurfus ftapedem Aortæ formantes, ejufque fubclavii rami, L Nervi præfati ad dexteram fub corde progreffus. *M* Vagi finiftri ftapes in arteriæ pulmonicæ curvatura extra pericardium, *N N N N* Carotides apparent, fuæque ipfarum divifiones. *Q* fubclavia hæc finiftra eft, fupra angulum dictæ ortæ divifiorium recifa. *O* Et hæc dextra fubclavia pariter poft divifionem fuam difciffa. *R* Occurrit arteria magna a finiftri ventriculi fummitate avulfa eque fitu aliquantum fublata. *P* Angulus arteriæ magnæ revolutus. *S* Arteriȩ pulmonicȩ dextri cordis ventriculi principium. *T* Arteriofus tubus unde pulmonicȩ fanguis in fȩtibus intra uterum in Aortȩ cavitatem excurrit. *X X* Habes cordis exteriores parietes in dextro, & finiftro ventriculo, *V V V V* Simul & pulmonicos lobos in latera reclinatos, ut omnes quas defcripfi partes in profpectu ponerentur.



DUODECIMÆ TABULÆ
FIGURA PRIMA.


Riginta parium nervorum a ſpinali medulla extra cranium procurrentium proſpectum demonſtrat.

A A A. Superius exhibetur labium carne nudatum, ſurſumque deductum, ad hoc ut orbicularis muſculus ipſius labri pro parte ſpectaretur. *a* Guſtatorii nervi paris quinti propagines per internam dicti labii portionem profuſi, qui ideo nihil ſubmotus eſt. *B* Externus muſculus petericoideus aſpicitur. *B C* Maſſateres muſculus extra ſitum, cum nervoſa quinti paris propagine, qui verſus mandibulę inferioris radices progreditur. *D* Primi cervicales ſiniſtri nervi ad dexteram ipſorum deflexi. *E E* Longi colli muſculi in ſitu. *F F* Videntur & muſculi cervicales coſtales. ʃ Secunda cervicalium propago ad colli latera inflectens in muſculaturę ſuę uſum, uti, & tertia ſequens, ε facit cum cervicalibus complexum. Q Cervicalis quartus, quinto unitus. *n* Vide brachialem primum, ſeu cervicalem quintum ſexto adnexum ſeptimoque æque brachiali per lęvum brachium elongatis. *l* Septimus eſt cervicalis brachialis nervus, non modo ſexto implicitus, ſed primo etiam intercoſtali pariter brachiali, qui plus, minuſque elegantes luculenter articuli ſuperioris tractum oſtendunt, inque principiis ſuis complures ganglos, ſive nodos formant. *G G* Offertur deltoidis effigies, ſeu ipſius ſitus, *I I* & muſculorum pars in brachiis diſſectis, ut videntibus innoteſcat, quo modo brachiales nervi in fibroſam eorum ſubſtantiam inſerantur. *K* Intercoſtalis nervus uſque ad brachium diſtenſus. *L* Brachieus ſiniſter internus in ſitu. *O* Longus ſupinator ſupra externum humeri tuberculum avulſus. *M* Muſculus pronator longus, ſive teres. *N* Cubiteus internus a ſui principio deductus, ut evidentius in eo brachiales nervi excurrentes proferrentur: Varii inſuper caracteres ad lævam Thoracis juxta ſpondilia vertebrarum, unde coſtæ infractæ apparent ſterno eorum remoto, ut nervi intercoſtales non ſolum, uti quilibet intra infimam cujuslibet Coſtæ partem extenditur, manifeſtentur, ſed ut quoque doceamur unumquemque illorum palmæ inſtar pluribus ſurculis efformari. ε Primus lumbaris nervus, qui poſt ultimam coſtam ſpuriam a ſpinali medulla progreditur, pluribuſque ramis partitus per Peritonei membranas ad Hipocondrii latera excurrit. *n n* Secundi lumbares nervi erga Ilium exiliter diffuſi, quorumque dexter ad femoris quoque ſummitatem pertingit. *P P* Muſculi Soas, in ſitu, quorum lævus bifariam ſcinditur in Soas majorem ſcilicet, qui ab ultima thoracis vertebra trahit initium, & minorem, qui à prima lumborum vertebra naſcitur. *r* Tertius lumbaris nervus plura habens principia, quorum dexter à ſpinali medulla exoriens non modo ſurculos Soas præfatos facit, ſed quarto, quintoque lumbari nervo annexus, ramos extendit per iliacam æque regionem, & in pubem progreditur ad muſculum dextrum tricipitem inveſtiendum. *X* Primus conſpicuus nervus ſacer, cruralis, qui lumbari ultimo copulatus cum ipſo una ramoſus procedit in Ipocaſtrium, centrum articuli inferioris penetra-

TAB. XII.



netraturus. ≡ Quartus cruralis, lumbaris nervus tertio adjectus. ε Quintus apparet △ △ △ ⊖ Sacri crurales, qui postea tamen divisi figuram invadunt, quæ Ischium, pubemque mediat, & ad extremum usque pedem excurrunt. *Q* Ossis Ilii crista interius Peritonei productionibus vestita. ⸗ Sinister lumbaris nervus cruralis propter superficiales femoris sinistri musculaturas in plures ramos extensus. *&* Cruralis sinistra vena supra tricipitem in binos surculos satis conspicuos divisa, qui sub vasto interno absconduntur. *T* Sartorius musculus ad sinistram a Tibiæ summitate divulsus, versusque femoris latus inflexus, ut ipso in musculo ipsius non solum conspicui lumbaris nervi rami apparerent, sed ut per remotionem quoque suam alios nervosos surculos spectaremus, quos per anteriorem dicti sinistri femoris superficiem extendi diximus. *V* Musculus rectus supra rotulam a genu dimotus suoque a situ exturbatus, ne nervorum in ipso decurrentium aspectus negaretur. *X* Crureus musculus, aut femoreus in situ. *Y* Internus musculus vastus a lateribus femoris aliquantulum semotus. *m* Peroneus posticus musculus sinister in situ. *Z* Vasti externi situs. *S* Musculorum abdominis ad ilii cristam annexorum scissuræ. *R* Communia integumenta proportionaliter ad musculos ipsos discissa. *r* Nervi lumbaris dexteri super femur progressus, ejusque musculi, quorum paulo ante originem innuimus. *b* Musculus membranosus in situ erga genu distensus. *a* Primum tricipitis caput ad pubis dexteram loco motus, inflexusque ad dicti nervi lumbaris cruralis ostensionem *c*. Secundum in situ tricipitis caput, & ipsum in sui initio superiori lumbari nervo donatum *d*. Tertium denique majus caput tricipitis descriptis duobus unitum, cujus extremum in internam genu partem accedit. *&* Seminervosus in situ musculus, qui cum semimembranoso *f*, æqualiter per tendines suos in tibiæ summitatem desinit. *e* Genu rotula tendinibus vestita extensorum, qui ibi succisi inspiciuntur. *l* Tibiæus anticus musculus, *i*, musculusque Gemellus soleus utrique in situ conspicui.

FIGURA SECUNDA.

CAput, collumque exhibetur, ut præcipue nervus linguæ motor, par nonum vulgo audiens oculis subjiciatur.

A Coracoydeus musculus, cujus caput ab osse joide avulsum est, ut præfatus nervus ostendatur. *B* Platis mammiadis pars, ad hoc pariter ab inferiori mandibula abscissa, deorsumque flectens, quæ externæ jugularis ramo perfossa inspicitur. *C* Biventer musculus, sive bigastrius ab interiori etiam angulo mandibulæ inferioris, abscissus, forasque rejectus. *D* Stiloideus musculus, & ipse a situ suo exturbatus. *E*. Mastoidei musculi pars in pectus reclinata. *F* Sternoideus musculus sinister a loco submotus, ut nervus vagus ille a situ suo depulsus cum socio ad dexteram appareret, cui nomen Sternoideus dexter. *H* Occurrit, & ceratoglossus musculus a linguæ radice, suaque basi abscissus, inflexusque ad eam, quam notavimus, causam. *I* Sequitur itidem Stilofaringeus musculus linguæ adnexus. *K* Ille musculus est genioglossus. *L* Et ille musculus basioglossus, utrique inflexi, ut noni paris in ipsis diffusorum nervorum ramificationes paterent. *M* In situ lingua exhibetur, *N* & platis mammiodis pars, aut colli latus discissum, juxta

illam quam, in mandibula inferiori connexionem facit, & aliquantulum attollitur, ut nervi guſtatorii primi ramus, ſeu par in muſculum ipſum diffuſum videatur. *O O* Mandibula inferior partem anteriorem, ubi mentum hæret diſciſſam oſtendens, lateraleſque partes elevatas ad linguæ motoris nervi, numeroſæque ipſius ramificationis oſtenſionem. *b* Nervi guſtatorii primi, qui mandibulam penetrant inferiorem, excurruntque os joidem verſus, ſuperioremque Faringis partem. *r* Conſpicuus noni paris ramus, qui cum alio, *ſ g p* Muſculi baſii lingualis ſubſtantiam ſubit. *P* Præfati nervi ſurculus deſcripto inferior, qui dum ceratum gloſſum, ſeu cornu linguale ingreditur, deficit. 8 Medius ramus dicti noni paris etiam conſpicuus, qui jugulum verſus excurrit, quod ipſum facit ramus alter inferior ad ſiniſtram in quatuor ſurculos partitus ſub *K*, diffuſos in muſculos lateraliter ad collum abeuntes, quorum ramus unus poſtquam alii, ſurculo recto medio adhęſit, qui ad maſtoidem pergit, ex ſe fibram nervoſam præmemorato plati mammiadæ impertitur.

FIGURA TERTIA.

POſteriorem partem in antecedenti tabula ſignatam circa canales proponit, hæc tamen differentia intercedit, quod hic œſophagus inter alia in longum extenſus proſpicitur in poſtica aſperæ arteriæ parte.

A A A. Itaque laringis expanſio cum ſuis aliquot muſculis exhibetur. *BBB* Et ſtomachi, ſeu œſophagi in naturali ſitu, via, cum aſpera arteria delineati, & antequam thoracem ingrederetur reciſi. *C* Annulorum terminus erga poſteriorem aſperæ arteriæ partem. *D* Membranoſa aſperæ arteriæ pars naturaliter annulis denudata. *F F* Nervus vagus, ſeu par octavum dextra, lævaque in Laringem, Faringemque recurrens, partibus adjacentibus ſignatis. *E E E E* Vagus nervus, qui ad thoracem deſcendens dextrum truncum efformat, apparetque conſpicuus ejuſdem ramus arteriæ pulmonicæ ſtapes. *G G* Exinde ambobus in lateribus recurrens, ramos ſucceſſive inter œſophagum aſperamque arteriam producit, qui ſic ramoſi progrediuntur. *G G* & in laringis initio deſinunt. *H H* Dexteri rami vagi, ſeu octavi paris erga Thoracis centrum continuatio. *I* Ramus dexter pariter vagus ſub pulmonicæ ſtapedam diffuſus verſus Thoracis centrum, ſecuſque œſophagum, aſperamque arteriam. *K K* Carotides arteriæ ſuperius diffuſæ. *L* Vertebralis arteria non procul a ſuo principio exciſa. *M* Magnaque arteria in axſillarum confinio æque diſciſſa. *O O* Arteriæ magnæ principium tandem ſuaque ipſius curvatura exprimitur, *N* & Pulmonica arteria ad ipſam aortam ſuperpoſita.



DECI-

TAB. XIII.



FIG. I.
FIG. II.
III
IIII
V.
VI.
VII.
VIII
IX
X
XI.
XII.
XIII.
XIIII
XV
XVI
XVII

DECIMÆTERTIÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



T ſpinalis Medullæ ſtamina quibus eadem in Nervorum productionem concurrit, oſtenderet, Author, ac delinearet, a medio infimoque Ventre viſceribus omnibus remotis, vertebriſque ferè omnibus accuratè diductis, piam duramque matrem ab ipſius medullæ ſubſtantia ſeparare, ac in Nervorum exortum tum in Cervice, tum in Lumbis veluti in faſciculum colligere curavit. Curavit etiam temporalis muſculi ſitu, *A* eſtenſo in inferiori mandibula *E* jam alias demonſtratam quinti Nervorum paris, ad dentes diſtributionem iterum exponere. Reflexo ob id muſculo maſſetere *B*. Inferiorique labio *F* a Mento diducto ſuperiorique *D*, in quo etiam ejuſdem guſtatorii primi propagationes, **n** delineantur.

Maſtoideis deinde Muſculis, *C C* abſciſſis, primorum præcipuè trium Cervicalium ramos, ⁿ *æ B* qui per Colli muſculos diſſeminantur, præbet. Præbet & reliquos quatuor truncos, **r** ʃ ε ʃ qui ad brachiales conſtituendos in complexiones, inoſculationeſque varias concurrunt, queis ſanè intercoſtalium etiam primus, *N* adnectitur, ac copulatur. Hos ſequuntur intercoſtales duodecim θικλμν &c. per Coſtarum 1 2 3 4 5 6 7 8 &c. ſpatia diſtributi. Sequuntur & lumbares, ʅ *s* † *v p* tandemque oſſis ſacri nervi, quorum ſpina a propriis munita vertebris conſpicitur.

Hinc in ſuperioribus artubus, ſedula Authoris animadvertatur accuratio, quæ brachialium truncos non ab uno eodemque ſemper Cervicalium pari originem ducere nos admonet; ſed in ipſo eodemque homine in dextera parte a quarto, in ſiniſtra verò a quinto Cervicalium trunco primorum brachialium ramum proficiſci demonſtrat. Quin immò ad ejuſdem rami in Deltoidis, *G G* ſubſtantiam inſertiones oſtendendas, eumdem muſculum in ſectiones varias, *H I* abſcidit, & a proprio ſitu ſublimem, *K* ut magnum brachialem Nervum profundo, ſive perforato muſculo, *N* ſuperextenſum, & radieo interno, *M* quadratæ Carni *O*, Polliciſque adducenti, *P* diſtributum proponeret. Proponit tandem ſupinatorem longum *L*, ab externo humeri Apophiſi nonnihil diductum, ac a poſteriorum cervicalium ramo munitum.

Poſt hæc Ilium os dexterum *Q* & ejuſdem extremitates obſerventur, ſeu criſta *a a*. Pubis oſſa *b b*. Femorum capita *c c*, eorum gibboſitates *f f*, atque extrema *g g*. Obſervetur magnum trocantera *d*, ſeminervoſi muſculi principium *R*. Pettineus. *S* Primum Tricipitis caput, *T* a femoris oſſe ſeparatum. Biceps *V* in exteriorem tibiæ faciem adnexus. Semimembranoſus, *X* in oppoſitam deſinens unà cum oſſis ſacri majoribus truncis ≡ a muſculorum ſubſtantia ſeparatis, & tandem magnus cruralis occultatus ſupra flexorem digitorum, & cum ipſo ad plantam pedis diffuſus ▵. Sequuntur rotulæ, *h h* Fibula *l*, cujus caput eſt *i*, extremum verò, ſeu malleolus ex-

ternus *m*. Sequitur musculus Tibieus Anticus *Z*, tibia. *on* Talum *q*, Calcaneum *p*. Ac tandem tarsi *rr*. Metatarsi *ss*, digitorumque ossa *tt*.

FIGURA SECUNDA.

UT noni Nervorum paris per linguæ musculos diramationes innotescerent, nemo non videt quam ardua implicitaque sectione opus fuerit. Fracta enim inferiori mandibula *Q Q*, indicatoque foramine, *S* unde quinti nervorum paris per dentes propagandus ramus egreditur, musculos reflexit Mastoideum *A*. Sternotiroideum *B*, ac Sternojoideum *C*, diduxitque Biventrem *D*. Coracoideum *E*, ac Miloglossum *G*: Majores quin immò abstulit Cartilagines ab aspera Arteria *M*, cui adiposum corpus, *O* adesse demonstrat, ubi occultatur œsophagus: ut subjecta amygdalarum corpora *N T*, ac stylopharingeus musculus *H* luculentius paterent. Hac itaque accurata partium sectione, dispositioneque quinti imprimis Nervorum paris propaginem, *ʃ* in Linguæ substantiam *L* absumptam demonstrat. Demonstrat exinde noni Jugi profundiorem truncum, *o* in Miloglossum, *G* styloglossum *F* penitioresque alios musculos dispersum, quem inferior alter sequitur in duos alios dispertitus ramos *ʃ* & *Q* quorum superior tum in linguam *L*, tum in musculos Genioideum *K*. Coracoideum, *E* sinistramque Amygdalam *T*, disseminatur. Inferior vero per collum descendens in Mastoideum *A*, sternotiroideum *B*, ac sternoioideum *C*, absumitur. Huic tandem supra colli longum musculum *P*, extensor rectus adstat vagus *N*, ac gangliformis ε, qui in subjectorum ventruum cavitates ingressi ad inclusa in his viscera dispertiuntur.

Figura tertia interiorem exhibet scutiformis Cartilaginis prospectum, *C* qua facie asperæ arteriæ aptatur cum superioribus *A A*, inferioribusque, *B B* processibus.

IV. verò figura exteriorem ejusdem Tiroidis Cartilaginis faciem demonstrat, qua Adami Pomum efformat, *D* una cum sequenti Figura quinta lateraliter expressa, ac delineata, *E D* in quarum utraque & superiores *A*, & inferiores *B*, processus iterum delineat, ut figura quarta.

In VI. autem, ac VII. Figura Brutorum Cricoides Cartilagines cum adnexis Aritenoideis *A C*, *A C*, & *A B*, demonstrare voluisse Authorem reor, in quarum prima internam ejusdem faciem proponit, proponit vero in altera exteriorem *D*.

VIII. etenim IX. X., atque XI. figura, Cricoides exhibent prout revera in rationalium tracheis observantur, ut per varios situs depinguntur. Octava siquidem Crico-Aritenoideos posteriores musculos *B B* quibus adnexa est delineat. *A* Decima partem internam, ac lateralem, undecima vero partem posteriorem, anterioremque internæ Cricoides, *A* superiorem limbum, *D* atque extrema, *C* a quibus annulus asperæ arteriæ efformatur. IX. tandem anteriorem illius partem *D E* præbet, cum continuato illius inferiori annulo, *C*.

XII. ulterius, ac XIII. figur. Epiglottidem demonstrant in utroque prospectu. XII. namque cava pars asperam arteriam respicit. Decima vero tertia gibba est facies, quæ ad ipsas fauces pertinet.

Sequentes vero XIV. & XV. figur., iterum Cricoidem exhibent, ſed in duas partes diviſam, cujus ſuperior pars eſt *A A*, inferior vero & in annulum circumvoluta eſt, *B B*.

Decima tandem ſexta, ſeptimaque decima Aritenoides indicant, quarum *B*, Cricoidi aptantur; *A* vero Epiglottidi ſubjacet, & rimulam, ſeu glottidem, alteri aſſociata, efformat.



DECIMÆ QUARTÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



AUctoris equidem ſtudium in præſenti figura non modo fuit oſtendere ſpinalis medullæ in Nervos faceſſentia filamina, verum etiam docere ipſamet Nervorum paria non uno ſemper eodemque ordine, conſtantique methodo ad brachialium præcipue, femorumque ramos producendum concurrere; hoc ſanè in ſuperiori etiam Tabula indicare ſtuduit, dum Nervorum complexiones in ſuperioribus artubus delineavit: Illud verò ſcilicet medullæ ſtamina inſignis jam Euſtachius in ſecunda figura decimæ ſeptimæ Tabulæ accurate depinxit, ut alterius ſtudia, alterum non noviſſe credendum ſit. Vides poſt labium ſuperius *A*, quinti Nervorum paris munitum propagine *α*, poſt mandibulam inferiorem perfractam diductamque *B B*, ut interna foramina *B B*, cum nervoſis propaginibus etiam quinti paris jam alias delineatis depingeret; ac tandem poſt palatum *D*. Abſciſſumque maſtoidem C. Vides inquam ſeptem Cervicalium paria 1 2 3 4 5 6 7. Intercoſtales 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, Lumbares 1, 2, 3, 4, 5. Ac oſſis ſacri nervos 1 2 3, ut etiam cum 4 ſine pari nervus appareat.

Quo vero ad Cervicales ſpectat truncos, vides pariter quam diverſa ſuperioris Tabulæ diſſeminentur lege. Primum enim par, quod ab Atlantica vertebra proficiſcitur hîc cernitur. Cernitur tamen ſecundum *γ*, tertium *δ*, quartumque *ε*, per colli muſculos diſperdi, horumque poſtremum *ζ*, in dextera parte cum brachialium primo *θ*, inoſculari. Peculiari tamen animadverſione dignum cenſetur, quod præter reliqua cervicalium paria, *n* primumque intercoſtalium *c*. Secundum etiam ex iiſdem *R*, ad brachialium diſtributiones complexioneſque concurrat, quamvis in idem met ipſum cum cæteris decem λμνξοπρστυ, inter Coſtas ipſas 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11, intercoſtalibus muſculis ſeſe diſperdi non deſinat. Hos ſequuntur Lumbares, quorum primi φχ, per peritoneum *N N*. Abdominiſque muſculos *c c*, diſſeminantur: reliqui vero ψωτ, diverſimode complexi inoſculatique anteriores femoris repunt muſculos. Sequuntur oſſis ſacri propagines Δ Θ Λ invicem adnexæ ad magnorum Cruralium truncos conſtituendos. Sequitur & ramus ſine pari dictus 4, qui per coccigis oſſeam molem abſumitur.

Obſerventur interea ſuperioribus in artubus Deltoides muſculi *E E*, in propria ſubſtantia diſciſſi *F F*, ut brachialium inſertiones paterent. Diſciſſi etiam ad eundem effectum obſervantur Bicipites *G G*, ac in ſitu ſupinatores longi *H H*, Riolani indicantes *I I*, cubitei externi *K K*, internique *M M*, ſupinatores breves *L L*, Cubitorum oſſa *a a*. Digitorumque phalanges *b b b b*.

In Infernos vero artus redeundo primo aſpectu ſeſe offerunt Lumbarium propagines ΠΠ ab Iſchii *d d*, foraminibus prodeuntes, & ſupra Petti-

neos


TAB. XIIII.
FIG. I.
II.
III
IIII
V
VI
VII
VIII
XIIII

neos musculos *P P*, dispersæ, quibus adstant ossis sacri Nervorum surculi *z z* ex pubis *e*, lateribus descendentes, & in penis superficiem absumpti. Adstant ejusdem ossis sacri satis conspicui trunci dicti Crurales ⌽ ad Calcaneum usque protracti. Adstat informis Psoas Iliacique interni musculosa moles *T*, diducta: adstat Semimembranosus recisus *S*. Seminervosus *V*. Gracilis *R*. Sartorius *Q*. Femoris acetabulum *f*, seu Ischii, atque Cervix *i* hujus femoris, quæ in altera parte a ligamentosa substantia *O*, cooperitur.

Magnum deinde *g*, parvumque Trocantera *b*, inspiciatur, inspiciantur femoris ossa *l l*, eorum condilia *n n* rotulæ *o*, tendinosa expansio genu *p p*. Tibiam *q*. Fibulamque *r*, cum eodem femore arcte devinciens. Inspiciatur Tibieus Anticus *X*. Calcaneum *Y*. Suppopliteus *Z*, Nervus à magno Crurali productus, ut apparet in altero dextero supra calcaneum propendens *V*. Tibiæ Apophyses inferiores *s s*. Malleolus externus *t*. Tarsi ossa *u u*, digitorumque secunda internodia *X*.

FIGURA SECUNDA.

LAteralem Cranii Mandibularumque prospectum proponens, delineat primo frontalis ossis circumferentiam *A B L*, coronalem cum ejus armonia sutura continuatam *b*, foramen *r*, in supercilio, unde quinti Nervorum paris surculus egreditur. Delineat deinde sinciput *E H I*. Coronalem suturam, ac sagittalem *K*. Vestigiumque *R R R*, ubi temporalis musculus adnectitur. Delineat etiam Occiput *C D M*, cum Lamdoidali sutura *l*, mastoideque processu *f*. Temporale os *N*, ac Sfenoidale *O F*, armoniacis suturis *F*, *c* circumscriptum.

Hinc ejusdem temporalis observetur processus *V*, qui cum altero *T*. Ossis mali *Q Q Q*, conjunctus jugalem efformat. *x* Cavum est sub eodem processu. *P* Verò ejusdem extremus. *d* Transversalis linea quæ ejusdem mali, ac temporalis dividit processus. *p* Alter est ejusdem mali cum maxillari *S S*, conjunctus. *i* Lacrimali. *m* Orbitali *n*. Nasali. *b* Linea per ejus medium ex currens. *g g* Mandibula est inferior, cujus condiloides processus est *e*, coronoides vero *q*, in quo temporalis musculi tendo affigitur.

FIGURA TERTIA.

CRanii basim delineans ostendit primo Dentes incisores *A A A A*. Caninos *B B*. Molares *C C C C* ⁊. Palati ossa *D D*, a mediana linea divisa. *E E* Palatinumque foramen. Deinde demonstrat Palati foramina majora *F F*, a vomeris osse *G*, disjuncta. Os sphenoide *I I*, suis cum alaribus processibus *I I*, & foramina *L L*, a quibus quinti paris egrediuntur rami, necnon & a temporale distinctum mediante propria armoniaca linea *a a a a*. Demonstrat os malum *K K*, quod anteriorem jugalis processus partem *o o*, constituit usque ad armoniam *N N*, inferiorem verò, ac posteriorem aliam: *o o*, temporale os efformat, in quo quidem temporali glenoides cavitates *M M*, condiloides processus recipiunt. Observentur auris meatus ossei *Q Q*, styloidei processus *P P*. Ac Mastoidei procesus *T T*. Soporariæ arteriæ foramina *S S*, ac

ac temporalis processus extrema *R R*. Intuearis deinde occipitis additamentum *V*, per binos processiculos *d d*, Sfenoidis portioni *H*, conjunctum, quæ equinam sellam in interiori facie constituit. Intuearis Apophises laterales additamenti occipitis *X X*. Occiputque ipsum *Y Y*, a sutura *b b b b b*, azicoque foramine circumscriptum. Ac tandem os Lambda etiam occipitis *Z Z*, a temporali per similem suturam *c c c c*, distinctum.

FIGURA QUARTA.

INternam Cranii basim in qua Cerebrum, ac Cerebellum subsidet, proponit. Proponit primo exteriorem Cranii laminam *g*. Meditullium *f*, *K*, internamque *e*, vitream etiam nuncupatam. Deinde delineat frontalis ossis super orbitas expansionem *S S*. Etmoidem, seu Cribri formem *l*, cristatum processum *d*. Armoniam suturam *L*, quæ à frontali Sfenoidis Cornicularem processum *E*, dividit. Opticorum foramina *F*. Sellam equinam *M*, occipitisque additamentum *C*.

Animadvertantur deinde satis copiosa foramina quorum primum in sfenoide est *G*, oblongæ figuræ a quo optici motorii, patetici, ac utrorumque gustatoriorum rami proficiscuntur. Proficiscuntur tamen quinti dumtaxat paris, rami nonnulli ab altero, quod sequitur foramine *H*, quemadmodum unà cum sanguineis vasis, à tertio ovatæ figuræ *N*, ejusdem paris propagines aliæ emergunt. Sequitur Antrum *O*, inter sellam equinam, & petrosorum processuum extremitates constitutum. In interno petroso processu *V*, insculptum est foramen aliud *P*, ad mollis Auditorii Nervi transitum. Sequiturque commune alterum *Q*, unde vagi, Jugularesque venæ proficiscuntur *T*. Os est temporale a Sfenoide, ac sincipite *B*, per lineam propriam *D D*, distinctum. Ab ipso vero temporale distinctum est per alteram suturam *A*, os occipitis *X X*, in quo insculptæ sunt elevationes quædam scilicet *Y Y*, quibus laterales duræ matris sinus adnectuntur. Alteraque *a*, cui Erophili Torcular adhæret. Hinc ejusdem ossis inferiores cavitates observentur *Z Z*, a Cerebello occupatæ. Observentur foramina *R*, quæ Cervicalia vasa penetrant. Tandemque Azicon foraminis posterior pars *b*, ab occipite, anterior vero *c c*, ab ejusdem additamento confructa observetur.

FIGURA QUINTA.

IN superiori Cranii parte, internam faciem prospectumque exhibente, demonstrat suturam coronalem transversaliter ductam *A A*. Sagittalem *B*, duræ matris sanguiferorum vasorum vestigia *F F*. Lambdoideam suturam *C C*, ipsumque os Lambda *G*, una cum meditullio *H*, quod in frontali etiam osse *E*, demonstrat, externamque ipsius Cranii laminam *D*.

FIGURA SEXTA.

SEptimi octavique ossis Cranii Etmoidis scilicet, Sfenoidisque faciem ostendit hæc figura Palatum respiciens. Turbinati etenim Etmoidis processus sunt *A A*, *B*, vero palum, seù pars septi medii ipsarum narium. *I I*.

Sfenoi-

Sfenoides eſt. *C D F O*. Sellæ equinæ cavitates a nemine prius, quod ſciam, tam accuratè iconibus demonſtratæ, ac per medium diviſæ ab oſſeo ſepto *E*, *G*, ejuſdem ſellæ poſterior eſt pars quæ cum occipitis additamento conjungitur. *H* Tandem pterigoideos proceſſus quatuor demonſtrat.

FIGURA SEPTIMA.

INferiorem mandibulam proponit, cujus interna facies eſt *G*, extrema vero *E*, *A*, proceſſum condiloidem demonſtrat. Foramen *C*, ubi tranſit in mandibulam Nervus quinti paris ad dentes procumbens. Pars interna & lateralis *B*, hujus mandibulæ cum ſua inæqualitate cernitur.

FIGURA OCTAVA.

BRuti forſitan alicujus inferiorem mandibulam exhibet cum condiloide proceſsu *A*, ac coronoide *C*, cum foramine *F*, pro Nervorum tranſitu, ac protuberantia *D*, in gratia mentalium muſculorum adnexionis; necnon & internam partem *H*, externamque *B*, faciem.



DECIMÆ QUINTÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.


Ommunibus a poſtica Corporis facie detractis velaminibus Nervorum exhibet extremas diramationes, quæ per muſculos in prima Dorſi ſuperficie collocatos abſumuntur. Obſerventur propterea poſt Capillatum occiput *A*. Cervicemque *B*. Trapetii figurâ Cucullares etiam dicti *C C*, quorum ſubſtantia ab intercoſtalibus Nervis perforatur α β γ δ ε ζ κ θ ι. Necnon & filamina lumbarium, κ λ μ, non modo per Dorſi latiſſimum. λ μ, Verùm etiam per Abdominis oſſiſque ſacri muſculos diſtributa.

Poſt hæc in brachiis ultimorum Cervicalium extremus ſurculus, ξ ξ obſervetur per Deltoidis *D D*. Extenſoris brevis *F F*, ac longi *M M*. Superficiem diſperſus. Obſervetur & alius eorumdem Cervicalium truncus, π ſub Bicipitem, *E E* egreſſus, & ad extenſorum tendinem. *L L* Supinatorem longum *G G*. Cubiteum externum *N*. Externumque radieum progredi; *I*, cujus Antagoniſta, internus ſcilicet radieus indicatur *H*. in lævo brachio, diſpertitus in carpo tandem deſinit, eumque in metacarpo dextro ſequitur ſalvatellæ *d*, delineatio. Sequiturque in Cubito tenuiſſimus ſurculus Nervoſus *o*. Cubiteo externo *O*. Cubiteoque interno, *P* ſuperextenſus.

A Gluteorum *R R* in extremo, lumbarium emergentia filamina, ρ ρ proponit, una cum emergentibus majoribus aliis truncis, ς ς quorum dexter per vaſti externi Corpus *T*. Siniſter vero per Bicipitis, *V V* ſubſtantiam excurrit, feriato tamen Membranoſo *S S*.


Hinc animadverſione dignam cenſemus Authoris ſedulitatem, quæ de inconſtanti Naturæ ratione in vaſorum exortu progreſſuque nos admonitos volens, Nervorum vaſorumque ſeriem, τ υ τ à ſitu ſuppopliteorum, nunc inter bicipitem. v Vaſtumque externum *T T*, proſilire demonſtrat, nunc verò inter dictum Bicipitem, ac Seminervoſum, *X X* indicat emergere.

In tibiis tandem poſt peroneum poſticum, *a* ac *Z Z*, *Y Y* Gemellos, obſerventur ſuppoliteorum Nervorum cum ſuralibus complicationes *P P* quæ ultra externum malleolum, *c c* procedentes ad Metatarſum uſque, digitorumque latera diriguntur. Soleus etiam aſpicitur *b b*.

FIGURA SECUNDA.

SUperiori diſſecta Cranii parte Cerebrum a dura matre circumdatum obvelatumque præbet, in ejuſque dextera. *A A A* Siniſtraque, *B B* parte, non modo proponit Arteriam, *D D D D* quæ proprio ſincipitis foramine emergens per ipſam diſperditur; verum etiam tenues alias arterioſas propagines, *E E* quæ à ſoporariis propè ſellam equinam emergunt, & per anteriorem

TAB. XV.



riorem inferioremque ipsius partem disperduntur. Delineat & longitudinalem sinum, *C C* una cum fibrarum serie, *H H*, quæ in sagittali sutura ipsam suspendunt, quæ verò suspendunt in Coronali indicant, *G G G*, quæquè Lambdoidali *I I*. Proponitur etiam situs *F F* tenuium vasorum, quæ cranii poros penetrant. Situsque, *K* quorumdam tuberum quæ in ipsius duræ matris superficie sub glandularum forma sæpè sæpius animadvertuntur. Tandemque internam *L*, indicat, externamque *M*. Cranii laminam cum integumentorum sectione *N*.

FIGURA TERTIA.

IN varia segmenta dura Meninge *H H H*, propriis ornata Arteriis *G G*, discissa, Piam matrem, *E E E E E* depingit, unà cum falcato processu. *A A A* Apertoque in ipso longitudinali sinu *B B*, in quo regerentium vasorum patent oscula *C C*. Ac delineantur trunci, *D D D* in ipsum facescentes, qui quamvis inter piæ matris laminas excurrere videantur, eorum nihilominus propagines, *F F F* in ipsius Cerebri substantia implantantur.

FIGURA QUARTA.

QUas in situ superioribus hiscemet figuris ostenderat Duram *P P*. Piamque *O O* Matrem abscissas, nunc reclinatas demonstrat, ut dexterum *A*. Sinistrumque *BB* Cerebri Emispherium, cum Anfractuosis Circumvolutionibus *C*, delinearet; ea quin immo nonnihil diduxit, ut subjectum Callosum Corpus *L L*, patefaceret, una cum transversalibus fibris *M M*. Membranaque Aracnoidea *I*.

Ad quem etiam finem Messoriam Falcem, *D D D* supra sinistrum Cerebri Emispherium reflexit, abscissam ab ejus principio, *N* propè Cristam Galli, ejusque extremo, quod versus occiput & duplicaturam duræ matris extenditur. In ea ulterius observetur longitudinalis sinus *F G*. Major nuncupatus, ac inferiorem illius partem reclinatam. Observetur deinde suum *E E E*, per extremum excurrens limbum, una cum vasculis, *H* qua ab anteriori in posteriorem sinum regerunt Cruorem.



DECIMÆ SEXTÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



N laterali Corporis ſitu extremas exhibet Nervorum propagines in muſculorum ſubſtantiam abſumptas, *B* enim ſurculus eſt Cervicalium, qui poſt Atlanticam prodeunt: ex iis vero qui a tertio prodeunt Apophiſi eſt alius ramus *α*, per colli auriſque muſculos diſtributus. Ac ultimorum tandem cervicalium propago eſt, *y* diducti Trapetii *A A A*. ſubſtantiam repens. Hunc intercoſtalium, lumbariumque ſtamina ſequuntur, quorum nonnulla, δετνθικλ in dictum Trapetium abſumuntur: Nonnulla verò, λμνξοπ inter Dorſi longiſſimum *T*. ac ſacrum lumbum *S*. Emergentia in Dorſi latiſſimi *G*, internam partem *H H*, faceſſunt.

Hinc peculiari animadverſione dignam cenſemus accuratam muſculorum delineationem, qui ad ſcapulæ, brachiique motum deſtinantur, *B* enim, Romboides eſt muſculus, *D* ſupra ſpinatus. *E* Infra ſpinatus. *F* Rotundus minor. *C* Deltoides. *I* Bicipitis externum caput, *K* extenſor brevis, *L* extenſor longus. Longuſque ſupinator *M*. *N* Radieus externus. *R* Indicans Riolani. *P* Supinator brevis, *Q* extenſor Pollicis, *O* tandem magnus digitorum extenſor, extrema cervicalium, ac brachialium propagine ω fulcitus.

Idipſum infernis etiam in Artubus oſtendere curavit, dum muſculum membranoſum *V*. Glutium majorem *X*. Bicipitem *Υ*. Seminervoſum *Z*. Semimembranoſum *a*, delineavit una cum tenui lumbarium propagine *ʃ*. Magnoque nervo ſuppopliteo *S*, a ramis oſſis ſacri profecto. Hic in tres alias, τυφ diſpoſitus propagines, quarum tenujor, φ per muſculorum ſuperficiem ad metatarſum uſque producitur: reliquæ vero duo ſub internum, *c* externumque, *b b*, gemelli corpus, Anticumque peroneum deliteſcunt *d*. Tandem in dextero malleolo ad muſculi Solei latus, *e* adumbrat etiam extenſorem digitorum in tenuiſſima filamina diſtributus, *x* quæ in pollicis deducentem, *f* abſumuntur, & Tarſum dexterum Auctor expreſſit ψ.

FIGURA SECUNDA.

INtra circularem figuram exprimitur pars poſterior Trunci ſecti uſque ad apofiſos ſpinoſos vertebrarum cervicalium, nec non primorum dorſalium.

Dexterum *A*. Siniſtrumque *B*. Trapetium a vertebrarum Apophyſi, *E* & *L*. ſeparavit Author, reclinavitque, ut ſubjecta Cervicalium Nervorum ſtamina, αβμδετ non modo in dictos Trapetios, ſed etiam in ſubjectos ſplenios, *D C* propagata poſſent animadverti; in ſitu ſequitur Dorſi Infraſpinati, *I*, ſcapulæ elevator *F*. ſupra ſcapularis *G*. ejuſque comes Infraſpinatus *H*. Videmus apofiſos poſteriores Colli, & primas dorſi cum ſuis ligamentis tranſverſis hic delineatis *E E E*. &c.

FIGU-

TAB. XVI.




FIGURA TERTIA.

UTriusque Emispherii superiorem Cerebri partem abscidit, ut laterales ventriculos demonstraret. Scilicet in dextera *A A A* sinistraque parte *B B B*. Anfractuosos surculos *D D D*. Corticalem *E*. Medullaremque, *F* substantiam. Vasorum puncticula *G G*. Striata corpora *H H*. Callosum Corpus, *I I I*, & in ventriculis *L M*. Coroides plexus *O O*. Arachnoideam membranam *P P*. Sanguiferaque vascula, *Q*, quæ sub eodem calloso corpore versus glandulam pituitariam diramantur.

FIGURA QUARTA.

SInistri Emispherii superiorem partem exhibet cum insculpto ventriculo. *N N*. Callosi corporis portione *K K*. Medullarique substantia *C C*.

FIGURA QUINTA.

ÆQuali sectione ac in Figura *III*. proponit visendam sinistram. *B* Dexteramque cerebri *A*. Partem, in eaque Anfractuosos giros, *F*, & Corticalem, *D* & Medullarem, *E* substantiam una cum vasorum puncticulis, *H* delineavit. Elevavitque fornicem *R*, versus occiput, ostensa ob id interna illius facie, *T T* ac Basi *R R*. Necnon & septo lucido *X X*, cui adstant Arantii Ipocampi *S T*. Ventriculique laterales, *L M*, coroides plexibus referti.

FIGURA SEXTA.

A FOrnix est elevatus. *B* Dexterum, *C* sinistrum hujus crura, cum subjectis ventriculis, *D E* ac Coroideis plexibus, *M N*, qui ad tertium ventriculum divertuntur *H*, & continuantur in tertio ventriculo, *I K L* & cum lateralibus plexibus coroidalibus *F G*, & producuntur *R S* supra opticorum nervorum thalamos. *O O* Piæ matris sunt vasa, quæ per Cerebri substantiam distribuuntur.



DECIMÆ SEPTIMÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



A Posteriori Corporis proſpectu muſculis aliquot abſciſſis, aliquot verò reflexis, penitiores alias exhibet Nervorum propagines, quas in ſuperiori Tabula exponere non poterat Author. Exhibet propterea primos Cervicales *a a*, qui per occipitium diſſeminantur; necnon & eorumdem, ſed inferiorum complexiones B, exhibet ſupra ſiniſtrum diductum Cucullarem Muſculum *A*, qui Trapetium etiam nuncupatur, quas ſequitur eorundem propago *y* per reclinati romboidis C, internam ſubſtantiam diſperſa. Sequuntur tandem tum dorſalium, tum lumbarium filamenta Q N Θ K Λ μ λ, ſplenii *R*, extremum. Dorſique longiſſimi *T T*. Ac ſacro Lumbi *S S*, corpus perreptantia. Necnon & Dorſi latiſſimum *G*, perreptans Surculus *V*, qui à Dorſalium Cervicaliumque brachialium inoſculatione, atque concurſu conflatur.

Obſerventur deinde ſcapulæ elevatores *B B*, ſive muſculus Patientiæ. ac ſupraſpinati quorum ſiniſter reflectitur ad Cervicalium brachialium ꝯ ſurculi inſertionem delineandum. Idipſum etiam in infra ſpinatis *E E*, & dicti ſupraſpinati *D D*, in ſitu, & extra ſitum peregit. Peregit & in rotundo majori *F*, quorum Nervoſæ propagines ιφ, à Cervicalium brachialium truncis proficiſci nemo non videt, quæ in rotundum muſculum etiam minorem *I*, digeruntur. Alia deinde animadvertantur ultimorum Cervicalium filamenta x. Animadvertantur Extenſores, Longus ſcilicet *K*, atque brevis *H*. Bicipitis internum Caput *L*. Nervoſa propago ✢, per Olegranon diſperſa uſque ad Carpum. Pronator longus *M*. Cubiteus internus *N*. Externuſque *O*. Radieus pariter externus *P*. Digitorumque magnus extenſor *Q*.

Dextera autem in parte ſcapulæ circumferentia delineata *m m m*, una cum ſpina *l*, atque Acromion *n*, quod humeri capite articulatur viſendum proponit in radio ſublimem θ. Profundum Δ. Ac ſupinatorem longum *T*, conſpicua Cervicalium Nervorum propagine *m*, munitos.

Succedit autem in femoribus tum lumbarium, cum oſſis ſacri Nervoſi trunci delineatio, quorum primi, ε ſub obturatoris externi Corpus *g g*, egreſſi Gluteis majori *X*. Minori *V*. Minimoque *Υ*, induuntur. Reliqui vero nervi crurales *o o*, per femoris muſculos recte deſcendentes, tenues ipſis impertiuntur propagines. Bicipiti nempe *Z Z Z*. Seminervoſo *b b*, ac ſemimembranoſo *a a*, feriatis recto *b*. Vaſtoque externo *f*, quos a lumbaribus nervos percipere ſuperiores Tabulæ indicarunt.

Cervix femoris cum troncanthera majori *i*. Adnotentur, & adipoſa corpora *o o*, quæ inter os ſacrum, & perineum collocantur.

Dextero tandem in poplite videatur præfatus Nervoſus truncus ꝭ ꝭ, ſub

Gemelli


TAB.XVII.
FIG.I.
II.
V.
III.
IIII.
VI.

Gemelli *c*, corpus delitescere, emisso tantummodò tenui filamento nervoso *s*, quod cum Surali Vena *z* associatum ad Metatarsum usque in varias diramationes distributum facessit. Læva tamen in sura aperto gemelli Corpore, in Solei substantiam *e*. Absumi delineatur, per cujus superficiem alius excurrit nervosus suppopliteus Surculus *r*, qui à Maximo trunco circa femoris medietatem discessit usque ad malleolum internum, & externum *r*, cum aliis diramationibus à poplite quoque derivantibus ad malleolum externum *r*.

FIGURA SECUNDA.

SEcto circulariter cranio apparet portio cerebri dissecti *A A B B*, sub ventriculis etiam dissectis delineatisque Anfractuosis circumvolutionibus *C C*. Medullari substantia *E E*. Atque Cinerea *D D*, una cum situ *F G*, undè soporariæ emergunt Arteriæ: Tertium proponit Ventriculum *H*, cujus anterior meatus, qui ad glandulam pituitariam dirigitur, est *I*, posterior verò, qui cum Cerebello concurrit, est *K*, ad cujus finem adstat pinealis glandula *L*, eique subjectæ protuberantiæ *M N*, quæ Nates nuncupantur.

Sequitur deinde Cerebellum dura Matre *o o o o*. Obvelatum, quæ nonnihil prope nates diducta fuit *X X*, pari modo, ut Coroides plexus *V*, è proprio situ diduci posset, verum etiam, ut subjectam piam matrem *Y*, posset demonstrare. Observentur etiam sinus, qui sensibus magis obvii in hac parte concurrunt *V*. Cujusmodi sunt laterales *P P Q Q*. Longitudinalis extremus *S*. Ac quartus *T*, qui omnes in Torculari *R*, concurrunt. *Z Z* Tandem ejusdem duræ matris est portio recisa quæ ad Cerebrum investiendum debet extolli.

FIGURA TERTIA.

HAud ferè dissimili Cerebri sectione, ejus partium demonstratione, Cerebellum a dura matre liberavit, ut interior ejusdem tunica, pia scilicet a sanguiferis vasis ornata innotesceret. Postquam enim detexerat in dextera *A*. Sinistraque *B*, parte sæpius jam repositos Anfractuosos Cerebri giros *D D*. Medullarem *C*. Cineream que substantiam *E*. Carotidum Arteriarum situs *F G*. Ac pinealem glandulam *M*, cum subjectis protuberantiis, testes scilicet *N O*, atque Nates *P Q*, quos tertius sequitur ventriculus *H*. Anteriori *I*, posterioriqueK, meatu (ut in altera indicavimus figura) cujus ope iter sternitur in quartum ventriculum *L*, qui in Cerebello est insculptus. Duræ matris segmenta proponit *V V*, ut substrata Pia *R R*. conspiciatur tenuibus ornata vasis *S S*, quæ in situ ab *X X*, descripto anastomizantur cum iis, quæ duram Matrem perreptant, *Z Z* tandem duræ Matris est portio, quæ supra temporum ossà collocatur.

FIGURA QUARTA.

AB occipitis sede Cerebellum diduxit, reclinavitque supra Cerebri molem, ut inferior ipsius pars cum continuata spinali medulla, Nervorumque productionibus depingeretur. *A* Enim Cerebri moles est; *B D* vero

Cerebellum, in cujus medio vermiformis proceſſus C, obſervatur, cujus extremo *E*, quartus exoritur ventriculus *I*, calamus ſcriptorius nuncupatus, qui in ipſam ſpinalem medullam *F G H*, protrahitur. *L* Dura eſt Cerebri membrana, *S T S T* laterales ſinus aperti, *P Q R* fovea eſt occipitis, in qua Cerebellum collocatur.

FIGURA QUINTA.

SPinalem exhibet Medullam a Cerebelli, Cerebrique ſubſtantia medullari liberatam. *A* Cerebri ſunt crura, *B* tertii ventriculi meatus, qui ad quartum procedit ventriculum *C L O*. *D* Glandula eſt pinealis. *E G* Teſtes. *F H* Nates. *I K* Cerebelli crura reciſa *M N*, jam deſcripti quarti ventriculi latera. *P* tandem ſpinalis medulla azicon foramine egreſſa.

FIGURA SEXTA.

CErebellum exhibet ſupinatum quà parte vertebras reſpicit. *A* Dextera, *B* ſiniſtra eſt ejus pars, *C* verò media. *d* Superior pars ſpinæ oblongatæ, *D* finis mediæ partis. Hunc ſequitur Cerebelli ſinus, ſive pons Varolii *E*, qui quarto reſpondet ventriculo, & habes etiam proceſſus vermiformes. Sequuntur pedunculi *G G*. Tandemque extra ſitum collocatur anterior oblongatæ ſpinæ finis *H*. Poſteriorque ipſius pars media *I*.



DECI-


TAB. XVIII.
FIG. I.
II.
III.
IIII.
V
XVIII

DECIMÆ OCTAVÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



NOn ſecus ac in ſuperiori Tabula eorum exhibet hæc figura Nervorum diſtributiones, atque progreſſus, qui muſculos in poſtica corporis facie collocatos perreptant. Exhibet propterea inferiorum Cervicalium ſurculum *α*, per diductam excoriatamque aurem *A*. Abſciſſumque elevatorem ſcapulæ *E*, diſperſum. Exhibet & nonnulla dorſalium filamenta B B B B, in ſemiſpinatum *DD*, nonnullaque *y y y y*, in ſacro lumbi *C C*, tendines abſumpta: in quorum quidem delineatione dextero in latere Authoris noſtri ſedulitas non ſuorum modo temporum, verum eorum etiam qui ſequuti ſunt Anatomicorum diligentiam abſque dubio antevertit. His poſteriores ſequuntur vertebrarum apophiſes 2 2 2 2 &c., diducta Latiſſimi Dorſi *F*, carnoſa moles. Muſculus elevator ſcapulæ in ſitu *B*, in qua a muſculorum omnium mole liberatam, delineat Author mediam *r r*, extremamque partem *X*, necnon ſpinam *s s* cum Acromion *t t*, atque Cervice *u u*, cum quibus humeri caput Y Y, articulatur.

Hinc in lævo brachio muſculus animadvertatur rotundus major *H H*, axillarium propagine nervoſa *ʃ* fulcitus, à cujus extremo altera *n*, emergit per brevem extenſorem *G* diſperſa, emerguntque aliæ duæ majores ⊙ & ‘, quarum prima extenſori longo *I* ſuperſtrata, deſcendere tandem inter Cubiteum *z*, internumque radieum *M*, ad Carpi uſque flexuram aſpicitur. Altera vero *t* per Bicipitis *K*, corpus fertur donec radiei interni L, principio occurrat, ſub quo deliteſcens emergit iterum, & ad ipſius latus ad carpum uſque excurrens in plures ſurculos dividitur, qui in ſiniſtra vola manus diſtribuuntur.

Dextero è contra in brachio ut inferiorum Cervicalium Surculi ɂ, in bicipitem *O*. Pronatorem longum *P*, externumque brachieum *N*, diſtributionem delinearet, muſculum diduxit Extenſorem brevem *G*. Supra longum extenſorem *K*. Rotundumque *H*, quos in naturali ſitu collocatos proponit. In radio tandem ſub radieo interno *Q*, emergens obſervetur brachialium extremus ſurculus ℇ. Cubiteo externo *S*, manuſque Dorſo propagatus. Quos externus ſequitur Cubiteus internus *R*.

Dextero autem in femore primo ſeſe offert aſpectu magnus Cruralium truncus *μ*, qui ab oſſis ſacri ramis conficitur. Hic per poſticam femoris partem procedens adjacentibus muſculis, bicipiti ſcilicet *Z f*, ac ſeminervoſo *a*, ſurculos aliquot impertitur, donec in poplite diſperdatur in alios ramos *H c*, qui non muſculorum modo ſuperficiem, ſed internam etiam illorum ſubſtantiam pervadunt: ut in læva parte luculentius demonſtratur. Hîc tamen *d*, utrumque proponit gemelli Corpus ſeparatum, ut ſubjectus ſoleus *e*, appareat.

Siniſtra e contra in parte poſt Iliaci externi *T*, lumbarium propaginibus *K*, muniti, poſt perioſtii oſſis Ilii *V*. Muſculi quadrati *X*. Adipoſorumque Cor-

porum *h h*, delineationem; eumdem magnum Cruralem Nervum *μ*, exhibet, qui postquam divulso bicipiti *Y*. Seminervoso *Z*, ac tricipiti *a* surculos aliquot contulerit, dividitur in poplite in duos conspicuos truncos *ν* & *ξ*, quorum postremus in solei corpus *d* absumitur: Alter verò ad internum venæ suppopliteæ *g*, latus excurrens, Musculoque suppopliteo *b*, ac aliis adjacentibus musculis surculis aliquot impertitis, ad extremum usque pedem dirigitur qui Suralis evadit *o*, & in planta pedis in tenues dispertitur, abitque diramationes.

FIGURA SECUNDA.

QUod sinister superioris figuræ pes detegere non potuerat summa cum diligentia reprehesentat hæc altera, in qua ut magni Cruralis Nervi a situ dicti Suralis *o*, in planta pedis progressum distributionemque proponeret, integumenta, *i* primo diduxit, deinde plantaris brevis tendines *l l l*, accurate elevavit: qua quidem separatione non tres modo ab eo proficiscentes Surculi *ſ* S T, eorumque ad extremos usque digitos distributiones deteguntur, verum etiam calcaneum *q*. digitorum etiam Flexoris *m*, pollicisque proprii *o* tendines, una cum minimi deducente *n*. Aliaque nervosa propagine *p*, quam ab anterioribus nervis procedentem, in posteriorem, internamque pedis partem deflectere, regerique posse demonstrat Author.

FIGURA TERTIA.

SEquentibus hisce figuris nonnullorum exhibet Nervorum exortum, atque progressum, qui ab oblongata Medulla intra Cranium originem ducunt. Et quidem dexteram *A*, sinistramque *B*, Cerebri partem, quæ supra orbitas collocatur, elevavit, ac posteriora versus reflexit, ut olfactorii Nervi in conspectu adessent, eorum enim dexter *A*, in situ suo permanet, sinister verò *D*, a proprio meatu, divulsus supra Cerebri substantiam fuit reflexus. *B*, situm indicat septi piæ matris, quod olfactorios Nervos dividit, *H* verò messoriæ falcis volumen, *G G* processui cristato conjunctæ. *E* Foraminula colatoria Processus est cribriformis, *F* frontalis sinus, *K* Carotidum interna rum surculi per duram matrem orbitas investientem dispersi, *I I* pia mater vasis ornata, *L* verò situs est Cerebelli, ipsumque cooperiens dura mater *M*, septum a nonnullis nuncupata, ad cujus latera laterales sinus, *o o* sunt insculpti *p* Situs Torcularis, ubi sinus duræ matris concurrunt.

FIGURA QUARTA.

HAud absimili sectione, exponit iterum cum olfactoriis opticos etiam sua foramina ingressos. Reflexa enim dextera *AA*. Sinistraque *BB*. Cerebri parte. Pia matre *CC*, circumdata una cum olfactoriis Nervis *LL*. Opticos exhibet Nervos *O N* a propria unione *M* divisos, propriaque foramina ingressos, a quibus pariter Carotides Arteriæ *R*, progredi conspiciuntur *I*, vero *K*, & *H*, earumdem Carotidum sunt propagines per inferiorem anterioremque duræ matris partem distributæ *F F*, *G*, & *D*, sedes sunt olfactorio-

rorum

rum Nervorum in foraminibus cribriformis *S*. *E* Processus cristatus. Tandem est pelvis, quæ pituitariæ glandulæ lympham excipit in sella turcica.

FIGURA QUINTA.

CErebri universam molem abscidit, ut ab oblongata medulla proficiscentes nervos transversaliter exponeret. *A* Spinalis est medulla, *B B* optici sunt nervi visorii. C processus medullares anteriores, *D* infundibulum. *E E* Carotides Arteriæ, *G* optici motorii. *H* Gustatorius secundus. *I* Gustatorius primus, *L* hujus surculus, qui per oculi membranas disseminatur. *M* Nervus Auditorius. *N* Vagus in duas propagines divisus. *O* Septimum Antiquarum par, quod in linguam ejusque musculos insigitur, & nonum à Recentioribus nuncupatum.



DECIMÆ NONÆ TABULÆ


FIGURA PRIMA.



POsticam hominis partem cum muſculis, nerviſque in ſitu ſpectandis extraque illum poſitis, ſupinatiſque demonſtrat. *A A*. Splenii muſculi occurrunt, ab occipitis latere diſciſſi, & utramque in partem diducti, ut excurrentes primi Cervicales nervi per ipſos appareant. *B* Exhibetur & complexus muſculus ſiniſtro pariter ab occipitis limite divulſus in latera, quem Cervicalium ramuſculi ſubeunt pervaduntque *B*. Dexter complexus in ſitu, eoque quo natura donatus eſt delineatus. *a* Nervoſus ramus, & ipſe conſpicuus primorum cervicalium ſurſum, & ad latera occipitis deflexus, & uſque ad ſinciput ſcite protenſus. *E* Elevatio, ſive apophiſis, ubi deſinunt ligamenta primæ vertebræ hic tantummodo adumbrata, & in occipit Figurę primę ſequentis Tabulæ melius inſculpta, dentur in extrema, media, & poſtica occipitis regione viſenda. *FF* Recti, extenſores majores muſculi. *D D* Recti extenſores minores cum ſuperiore obliquo ſiniſtrum ad latus hærente. *C C* Indicantur ſpinati muſculi in ſitu ſuo, quorum ſiniſter à tribus primarum Cervicalium complicationum nervoſis ſurculis perforatur, Β Υ. δ δ δ Ramuſculi alii tres æque nervoſi ultimorum cervicalium nervorum propagines, primique Thoracis, qui ſupra ſpinoſos apophiſes vertebrarum tum Colli, cum Thoracis tranſverſim deducti ſpinatos muſculos irretiunt. *G G* Habes & longiſſimos dorſi muſculos, ſexque ſurculos nerveos, qui illos media in parte pervadunt ΕΡΝΘΙΚΡ. Quique tranſverſim profuſi ſacri lumbi muſculos ad latera utrinque ſubeunt, alii vero ſupra muſculos ipſos longiſſimos excurrunt. *H H* ſacros Lumbos, & aliquando abductos: Latiſſimi dorſi Muſculos *L L*, in apophiſibus vertebrarum tranſverſum diſciſſos, & lateraliter ad homoplatis latera reclinatos. Nervus ille eſt cervicalis, ε brachialis dexter ſub axillam evectus, & humerum ſubiens, quique compluribus ramis in muſculos poſt cubitum delineatos implantatur. *K* Extenſor longus cubiti oſtenditur. *L* Breviſque *M* Brachieuſque externus, qui ſimul inferius glomerati validiſſimum tendinem conſtituunt in Olecranon affixum. *N* Cubiteus externus non ſolum a primordio reciſus, ſed inferius ſupinatus ut nervorum brachialium pateret aſpectus. *Q* Muſculus radieus externus in ſitu. *P* Pollicis indiciſque ſimul adhærentium extenſor. *O* Magnus digitorum extenſor. Exinde in Femore muſculus gluteus major *T*. Oſtenditur & minor pariter ſupinatus, *R* eorumque tendines in magnum trocantera inſerti. Apparent identidem diſtinctæ tres ramificationes a nervo magno crurali o ϙ, & radiorum inſtar minoris glutei ſubſtantiam penetrante, ubi in ramos exporriguntur. Minimus in ſitu gluteus *S*, qui ſub memoratis nervis diffuſus magnum etiam troncatera invadit. Externus obturator *V*, muſculus piriformis a figura audiens. *n* Cruralis magnus nervus ab oſſis ſacri Caudicibus Nervorum adauctus, & per poſteriorem femoris partem ad uſque

pedem

TAB. XIX.



pedem trajectus. Biceps musculus *x x*, cujus primum caput ab ischii tubere dimanat, alterum a media fere parte posteriori femoris; ea tamen principia simul inferius uniuntur, eorumque tendo in poplite, ubi recisum reflexumque aspicimus, ut cruralium nervorum aspectus clarius inspiciatur. *a* Musculus vastus externus, *Y* & seminervosus in situ delineati. *Z* Exhibetur itidem ab extuberantia ischii semimembranosus a nervi cruralis ramusculo implicitus.

Trunci nervi cruralis terminus, ibi suppopliteum formans, ubi dividitur, & duos in insignes surculos partitus apparet *S*. Internus qui magnus nervus est, variosque surculos ad gemellos diffundit, in tibiæ medio nervum prębet, & in calcaneum inseritur. Ramum vero alterum suppopliteum externum minorem intra musculos recondi videmus. *b* Peroneum posticum, & Magnus flexor digitorum *g*. Posticus tibieus in situ *f*. Supra autem hos musculos ad latera, & extra situm tres musculi videntur *b b*. Gemellus scilicet dexter *d d*. Sinisterque, & soleus *c c*, qui simul complicati chordam magnam in utroque latere constituunt a calcaneo hic resectam.

FIGURA SECUNDA.

CRus a posteriori latere videndum, nervumque magnum cruralem exponit *S*. Qui nervus minus in poplite diffusus inspicitur, quam quem in prima Tabula innuimus. *n* Peroneus posticus *i*. *M* Posticique tibiei. *M* Magnus digitorum flexor, *L* pollicisque in situ. *p* Digitorum musculus flexor minor, suis tendinibus munitus *q*, qui tendinibus extensoris majoris propter foramina hujus plantaris connexi, hic propria a sede submoti spectantur, ideo conspiciuntur surales nervi scite expositi per pedis plantam.

O Extensoris pollicis portio ab interno excisa malleolo, unde in ipsam plures ramusculos a nervo suppopliteo exortos inseri manifestum est. *S* Musculus interosseus internus *t*. Digiti minimi deductus musculus. *r* Pedis planta communibus velaminibus obtecta, ubi vero denudata apparet, nervi magni cruralis propagines quomodo ad ipsam distribuantur conspicuum est.

FIGURA TERTIA.

CRanium a tergo indigitat, quo musculi qui in occipite adnectuntur, in prospectu habeantur. *A* Rectus dexter major extensor. *B* Sinister. *D* Minor dexter. *E* Obliquus superior sinister. *F* Obliquus inferior. *G* Dexter. C Mastoideus dexter processus, a quo sinister ab osse temporali procedens ostenditur.

FIGURA QUARTA.

CRanium quoque integumentis omnibus musculisque spoliatum exponit, ut in occipite atlantica conspiciatur vertebra epistropheæ connexa, & earum connexio, quæ per ligamenta fit, occipitalia nuncupata.

A, Sinistrum ligamentum. *B* Dextrum. C Processus Mastoideus. *D* Apophisis lateralis atlanticæ. *E* Altera, quæ epistrophea dicitur vetebra.

FIGURA QUINTA.

DIversimode positas tres Claviculas ostendit, primæ nimirum inferiorem sedem, posterioremque alterius faciem, tertiæ denique anteriorem, externum, supremumque situm commonstrat.

A A A. 1. 2. 3. Claviculæ capitulum, quo sterno articulatur. *B* Primus ejusdem angulus. *D*. 1. 2. 3. tertium Capitulum, quod figuram exhibet triangularem. *E*. 1. 3. Linea in anteriori claviculæ sede protuberans. *F*. 2. 3. inferioris æquæ claviculæ linea *G*. 2. 3. Asperitas illa innuitur, quam in postica claviculæ sede invenimus: *H H H*. 1. 2. 3. Claviculæ media pars oblongata. *i*. 1. 2. Hæc claviculæ sedes est, quæ ad superiorem scapulæ partem tendit, ibique gibba exhibetur.

M. 3. Hac etiam ex parte aspera est clavicula, & ex illa ligamentum producitur ad internum scapulæ processum deductum. *N*. 1. Tuber, sive claviculæ elevatio. *O*. 2. 3. Locus insigniter asper in inferiori claviculæ summitate, qua superiori scapulæ processui coarticulatur. *P*. 3. Capitulum illud est, quo superiori scapulæ processui clavicula annexa est. *Q*. 1. 2. 3. Sedes indicatur, qua Capitulum illud consistit versus acromion.

FIGURA VI. ET VII.

SCapulæ iconem exprimit vario situ spectandæ.

Prima posteriorem illius faciem, qua costis adnectitur coram repræsentat. Altera vero anteriorem, sive ipsius dorsum. Tertia denique ex adverso demonstrat.

A B. 1. 2. Scapulæ sinus, cui humeri caput articulatur, qui etiam glenoides cavitas appellatur. *C*. *D*. 2. Scapulæ cervix, seu collum. *E F* 1. 2. Ancoroides scapulæ processus, protuberantem portionem indicans, cui alligatur clavicula. *a* 1. Semicirculare foramen, quo claviculæ Costa recipitur. *O H*. 2. Scapulę spina, quæ superne processus efformat. *L* 3. Superioris processus Scapulæ sinus, cui æque clavicula adhæret. *K K*. 2. 3. Processus vulgo Coracoides, quo clavicula annectitur. *M M M*. 1. Scapulæ basis sua cavitate donata, multaque ipsius tubercula, seu inæqualitates in ipsa apparentes. *G* 2. 3. Divisio spinæ hujus scapulæ. *P P*. 1. protuberans, crassiorque infernæ costæ portio, quæ per internam scapulæ longitudinem prominet. *Q*. 1. In interna, infimaque scapulæ costa visibilis sinus, ubi cubiti extensor musculus adnectitur. *S* 2. Scapulæ ejusmodi inferioris costa in externam regionem conversa. *T*. 2. ubi Humeri musculi aliquot adnectuntur. *V*. 2. externa scapulæ sedes, in qua diaphana comperitur. *X*. 1. 3. Basis scapulæ appendix ad spinæ ipsius initium adhærens. *Y*. 1. 2. 3. Scapulæ ejusdem, quæ in fine apparet protuberantia. *i*. 2. 3. Superioris anguli sedes internam scapulæ regionem aliquantum allevans. *Z*. 1. 2. 3. Superior basis scapulæ angulus. *b*. 2. 3. Cavitas sive sedes spinam inter, elatioremque scapulæ costam consistens.

FIGU-

FIGURA OCTAVA.

OS Joiden ſupinatum ante oculos ponit, ut exinde poſterior ejuſdem facies intuenti ſe aperiret.

A. Interna oſſis Joidis aliquanto cava baſis *B B*, oſſis ejuſdem apophyſis cornicularis *C C*. Et ipſiuſmet Cartilaginoſæ appendices corniculorum.

FIGURA NONA.

OS ipſum, ut natura illi ſitum conſtituit, locatum exhibet.

A. Exterior ipſius aliquanto gibba facies. *B* Laterales ſui proceſſus, ſeu Corniculos vocitemus. *CC*. Appendices, quas in figura octava innuimus, quæque frumenti ſemini aſſimilantur.



VIGESIMÆ TABULÆ
FIGURA PRIMA.



Diligentiſſimi auctoris conſilium fuit poſt oſſa ſceletus in ſitu ſuo ante oculos poſita, ut in ſequenti vigeſima ſexta Tabula apertè demonſtrabitur, unumquodque illorum extra ſitum, & ſeparatim oſtendere in figuris hiſce nullis caractheribus ſignatis, idcirco non mihi captanda videtur provincia de illis verbum facere, cum præcipue in 26. dicta Tabula hoc opus inſumpſerim, nihilominus aliqua carptim ſubnectam.

Muſculi duo lateraliter in dorſo ejus aſpici poſſunt ſacri lumbi cognomento, aliquantulum ſuper coſtarum latera ſupinati, ut mira nervorum intercoſtalium ſtructura pateat, qui in apophiſes ſpinoſas euntes, ſurculos ſuper muſculos ipſos diffuſos, formant etiam in Occipite, ubi adſunt ligamenta primæ, & ſecundæ vertebræ feriata. Remoto inſuper externorum intercoſtalium muſculorum ordine, iſtos internos eſſe oſtendit, qui cum præfatis externè decuſſantur, oblato quoque repagulo qualibet in parte poſteriori figuræ hujus ad vertebrarum lumbarium latera peritonei telam ibi manifeſtat, qui anteriorem in partem continuat cum internis coſtæ mendoſæ intercoſtalibus muſculis: Oſtendit & nervos crurales qui ad ilii latera ſuccifi pendent cum muſculorum portione ad magni pedis motum facientium. De quibus ſuſupra fuſius verbum fecimus.

FIGURA SECUNDA.

POſtica ex parte humerum ſiniſtrum exhibet, & in ipſo caput ejus rotundum occurrit, quod ſcapulæ adnectitur, poſt illum Cervicem ejus ſpectabis, fixuramque oblongam, ubi tendinum unus locatur, qui muſculum bicipitem format. In extremo autem partem ejus extenſam intuemur aliquanto exilem, & latam cum propriis proceſſibus, condilibus nomine, aliumque proceſſum elevatiorem, qui oſſi cubito adnectitur, & rotulæ aſſimilatur.

FIGURA TERTIA.

OS ipſum antecedentis figuræ exponit, ſed in hac humerus dexter cum naturali inæqualitate ex interiori parte ſupinatus videtur, cum eadem, ac deſcripta ſummitas ejus ſit, partemque ejus inferiorem demonſtrat, ita tamen ut pars adnotata cavitatem illam notabilem exhibeat, in quam oſſis cubiti, Olecranon vulgo, ſummitas ſeſe infert, proceſſuſque medius, foras exporrigatur ad inſtar rotulæ.

FIGURA QUARTA.

OS cubitum, radiumque, uti naturaliter ſimul adhærent, delineat, interna à facie deflexa utraque, cum longius, magiſque externum os cu-

bitum



TAB. XX.
FIG. I.
IIII
II
III
VIII
IX
X
V.
VI.
VII.
XI
XII.
XIII
XIIII.
XV.
XVII.
XVI.
XVIII.
XVII
XIX
XX
XXI
XXII
XXIII
XXIIII
XXVII
XXVI
XXV
XXX
XXIX
XXVIII
XX.

bitum appareat, quod processum Olecranon demonstrat hic adinstar Pollicis, & superius extuberantiam illam, qua ad radii caput unitur, quod subtilius apparet, circulari prominentia donatum, & ossa ista in manum pergentia secus medium expanduntur, donec cubitus inæqualem extremitatem suam ostendit, restrictamque, cum illa radii latior sit, & sinuosa, cui carpi ossa adhærent, illa præsertim, quæ primos digitos spectant.

FIGURA QUINTA.

POst exhibitum a facie interna cubitum illud, radiumque externam etiam eorum faciem ostendit, quoniam longius inferius, externeque os cubitum est, sua cum summitate, quam Olecranon processus facit, quamque in humeri inferiorem cavitatem inferri diximus. Alius porro radius est exilior, altiorque, uti sub initium rotundus, sub finem vero carpum versus altior, latiorque cubito est ad internum latus.

FIGURA XIII.

FIgurarum numerus hic præteritur, ne manus, tibiæque ossa misceamus, quare manum explicandam prosequimur, quæ nobis hic sese offert, interna ex parte cum carpo octo distinctis ossibus efformato inæqualibus inter se, innominatis, & frequentius duos in ordines partitis, ille nimirum ordo qui juxta metacarpum est, expansior videtur, carpique quinque ossa quibus sit interius aliquantulum sunt cava, ossula quæque illa, patenter elevata juxta digitorum articulos, nihilominus duobus internodiis pollex conflatur, quatuorque digiti alii quilibet tria habet, apophisesque suos, minus tamen illis elevatos, qui in metacarpo innuuntur, de quibus melius loquemur in Tabula vigesima sexta.

FIGURA XIV.

HOc ipsum in Figura ista circa ossa videndum est, ostendit tamen Figura hæc exteriori ex parte carpum aliquanto gibosiorem, uti & metacarpi ossa, & digitorum, levem habentia curvaturam, nec exterius tubercula, seu apophises monstrat, quæ interna in manu ostendimus in Fig. 13.

FIGURA XV.

CArpum exhibet octo ossibus suis munitum, & interna in parte articulatis, ut plurimum absque nominibus, & nonnulli vocant Rasette.

FIGURA XVI.

MEdium Carpum exhibet externa ex parte inversum, & ab ossibus metacarpi pariter semotum, elevatumque adeo, ut ultimorum ossium planum appareret, quæ ad quinque Metacarpi ossa adnectuntur, uti in 15. aspicimus.

FIGURA XVII.

CArpus hic ſupinatur, ſed aliquanto etiam attollitur, ut interior pars ejus ſpectetur; unde prima duos ejuſdem oſſa occurrunt, quæ radio adhærent, & in nos obvertuntur, cum aliis identidem, quæ in metacarpo articulata reperiuntur.

FIGURA XVIII.

CArpus denique nobis objicitur non pronatus modo, ſed illa ex parte etiam, qua oſſibus Metacarpi adhæret, exhibetque per planum exteriorem octo oſſium regionem, quibus componitur.

FIGURA X.

OS illud oſtenditur, cujus abraſa parte, portio illa remanet ſpectanda, quæ ad partem acceptabuli Iſchii efformandam extenditur, ubi ad munus ipſum Iſchium os concurrere lateraliter quoque videre eſt, inferiuſque pariter pubem, quæ ſemicircularis delineatur.

FIGURA XI.

OS Ilium iterum repræſentat externa ex parte, ad Iſchium inhærens, quod interno ex latere illi ſubjectum eſt, uti & pubi, quem inferius delineatum videmus, imo ex talium duorum oſſium unione poſt Iſchii acceptabulum notum illud ovatum foramen formatur, quod a muſculis pettineo, tricipite &c.cooperitur,de cujus inęqualite melius in Tab.26. expoſituri ſumus.

FIGURA XII.

ALiud Ilium os ſupinatum in proſpectu eſt, ut criſta ejus non modo quæ ſuperius ipſum ambit, ſpectaretur, ſed cavitas illa quoque, quæ in medio viſcerum partem excipit, poſteriuſque ſinum oblongum format, elevatumque, ut in ſeſe oſſis ſacri latus abſumat, veluti inferiori in parte os iſchium, æque ſpectatur in parte inferiori ilio ipſi adnexum, ſed pubes etiam ſemicircularis figura, ut præfatum, quod hic interne videtur, foramen efficiat.

FIGURA VIII.

OS femur poſteriori ex parte indigitat, & primo ejuſdem caput, quod deſcriptam cavitatem ſubit Iſchii, ſequiturque ipſiuſmet cervix, collum quoque dicta, inque cervicis extremitate notabilis apofiſis ille apparet ſurſum elevatus, vulgo magno trocantera, deinde inæqualis illius tractus, qui deſcendens latus evadit ſub finem, ubi proceſſus duos contiles nomine efformat, qui ſummitati adhærent tibiæ, anteriuſque inter oſſium eorum latam, excavatamque aliquanto conjunctionem, rotula hic non apparens articulatur.

FIGU-

FIGURA IX.

FEmur ipſum exterius inverſum cum capite, cervice, & magnotrocantera exhibetur, & ipſam ſub cervicem proceſſum alium minorem deſcripto oſtendit, ideo parvum trocantera appellatum, inferius vero, ſeu femoris ipſius interna parte præter contiles duos, quos in lateribus offert, in medio fixura illa grandis aſpicitur, quæ vaſa ſanguifera ad magnum pedem excurrentia recipit.

FIGURA VI.

TIbiam, fibulamque ſimul unitas demonſtrat, interneque ad nos converſas, ut primo lata ſummitatis tibiæ baſis videatur, in quam vidimus femoris extremitatem recipi, ut vero deſcendit, aliquanto ſub medium exilior facta, per terminum paululum incavatum ſub finem dilatatur, oſſique talo dat locum, interiuſque lateraliterque per patulam elevationem extuberantiam illam efformat, quæ malleolus internus audit. Fibula autem in ſummitate ſua reſtrictior tibia eſt, & ipſa quoque exilior, & inæqualis deſcendit, ſub tibiæ caput videri incipiens, & iterum ſub finem latior, ſed minuſquam tibia progreditur. Proinde per oblongam ſui prominentiam accedit ad formandum poſt ipſam internum malleolum, & talo præfato exterius per latus inhæret.

FIGURA VII.

PErſpicienda anterius offert duo ipſa oſſa, dilationibus ſuis ſub initium donata, & exinde ſub finem, oſſium ipſorum opera, aliquanto reſtrictiorum, tibiam ſub principium elevatam magis repræſentat, & in medium extra naturam curvata, quam fibulam, quæ fibula dum deſinit, tibia naturaliter longior evadit, externumque malleolum producit.

FIGURA XIX.

EXtremum pedem inferius ob oculos ponit, exteriuſque num. 17. adnotat. Cujus tarſus ſeptem diſtinctis oſſibus formatus apparet, quorum ſuperius pollicem reſpiciens talus eſt, ſeu aſtragalus, qui ut innuimus in inferiori ſinuoſę tibiæ parte articulatur, multaſque habet inæqualitates, cavitatemque exteriori in latere, ubi commodè adhæret fibula. Ipſe vero inferius parti oſſis calcanei per complures extuberantias adnectitur, anteriuſque oſſi teſſeræ, talove conjungitur. Cæterum os calcanei primum in hac figura occurrit, ipſumque inæquale, & præſertim ſub pedis planta, ubi per plures cavitates extuberat, taloque adjungitur, ut diximus, & oſſi naviculari anterius. Tertium autem os teſſera tribus innominatis oſſibus adhæret, quæ prima metatarſi ſunt internodia, ultimum tandem ſeptimo, ſeu naviculari (ita a figura dicto) unitur, quod os calcanei amplectitur, anteriuſque ultima duo metatarſi oſſà; pars itaque talium oſſium interior in figura 19. exprimitur. Pars autem exterior in 17. ubi quatuor Metatarſi oſſa gibba aliquantum

tum forinſecus ſpectantur, interiuſque potius cava cum elevatioribus tuberculis, per quæ digitis adnectuntur, quorum quodlibet tribus oſſulis coaleſcit, pollice excepto, qui duobus exterius aliquanto gibbis, juxta figuram 17. interiuſque cavioribus ex 19. cum ſuis tuberculis, quæ in internodiis quibuslibet viſuntur.

Figura 20. Os talum ſpectandum objicit, externa ex parte.

Figura 21. Ipſum inferne demonſtrat.

Figura 22. Naviculares os deſignat, faciemque externam,

Figura 23. Internam navicularis oſſis faciem oſtendit.

Figura 24. Os calcanei, ſuperioremque ejus partem indigitat in illa regione, qua ad talum unitur.

Figura 25. Ipſum exhibet laterali, externaque facie.

Figura 26. Ipſum pariter offert ſupinatum, ut tuberculum illud multo elevatum appareat, quo humus calcatur.

Figura 27. Teſſeram nobis proponit Talumve, cum cavitate illa, qua interiori oſſis tali regioni connectitur.

Figura 28. Illud ipſum exhibet ſupinatum, ex quo variæ quas habet facies conſpiciuntur, eaque ratione Polimorfon æque appellatur.

Figura 29. Quatuor oſſa ſimul unita delineat, Tarſi anteriora, inferne conſpicienda, lateralia ſcilicet duo, Teſſeram, quę Pollicem ſpectat, & Naviculare, quod ad minimum tendit digitum cum duobus mediis, quæ nominavimus, & tandem.


Figura 30. Exteriorem oſſium illorum faciem tibi aperit.



VIGE-

TAB.XXI

FIG.I.



II



III.



IIII



V



VI.



VIGESIMÆ PRIMÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



Ræſens Tabula demonſtrat ſedulitatem omnem Anatomici Auctoris, ut videantur in cerebro nervi egredientes è ſpinali medulla intra cranium. Occurrit itaque Cerebrum lateraliter ſubmotum ad duos uſque ventriculos, & pedunculos, cum protuberantiis continuum, Nateſque oſtendit &c.

A A. Laterales tertii ventriculi elevationes ad ipſius latera abſciſſas intuemur, proinde ſtriata corpora, nervorumque opticorum origo patet. *BB* Dura matre ſpoliatum cerebellum, piaque veſtitum in duos diſtinctos lobos levatum. *C C* Protuberantiæ in ſitu quæ nates appellantur. *D D* Sequuntur in ſitu & teſtes. *H H* Et nervi optici. *I* Nervuſque motorius. *E* Integumenta in fronte ſupinata. *L* Pateticus nervus ſiniſter in ſitu egregie delineatus. *K* Quintum par, ſeu guſtatorius primus. *N N* Duræ matris in ſitu limbus. *N N N* Cranium tranſversùm reciſum. *G G* Cranium dura matre exutum in lamina vitrea oſſis frontalis. Criſtatum ſecus os. *M C* In etmoide conjunctum. *F* Temporalis muſculus deorſum reclinatus. *O O* Integumenta aliquantum demiſſa.

FIGURA SECUNDA.

CRanium circulariter reciſum oſtendit, varias in ſitu nervoſas partes in ipſo ſitas demonſtratura, cum integro Cerebello.

A A. Integumenta ſunt, quæ frontem cooperiunt, magna ex parte ab oſſe avulſa. *B B* Temporales muſculi ſuperius pariter ab oſſe temporali diſciſſi, & lateraliter inflexi. *G* Os etmoides apparet *Q*. Quinti paris extenſio per membranas bulbi oculi excurrens, *c c* & ramoſa exinde extra cranium in frontem abiens. *O O O* &c. Dura mater quæ in girum ſpectatur, ut facies interna, & externa cum ſecto medio ipſius duræ matris appareat. Quorum anterior duram matrem exhibet oſſa Cranii veſtientem, duo autem poſtoriores per latus, & cerebellum cooperit. *F F* Duræ ipſius matris interna pars, quam oſſa Cranii veſtire dicimus, in latera extenſa. *E E* Cerebellum vide pia matre integre contectum. *D D* Baſimque tertii ventriculi, ubi ſunt corpora ſtriata, cerebro prorſus amoto, quod illam conſtituit, ut nervorum opticorum thalami, illorumque principium clarius inſpiciatur. *M M* Habes & nervos opticos a thalamis emergentes poſteriorem verſus tertii ventriculi regionem divulſos, poſteriuſque ſecus cerebellum elevatos. Duo quoque *M*, anteriores opticorum ipſorum cohalitum demonſtrant meſſoriam juxta falcem, iterumque exinde inter ſe partiti, ſe duos oſtendunt dextrum, ſiniſtrumque, ad oculos tendentes, qui duobus in illis globulis adumbrantur litera C C. ſignatis, propriiſque integu-

mentis coopertis. *K K* Verum motorum nervorum principium, è ſpinæ oblongatæ anteriori regione prodeuntium, ſecus glanduloſas cerebri protuberantias. *T* Pateticus dexter nervus, qui a poſtica ſpinæ oblongatæ parte procedit anterius ad motorum latera, ſimul cum ipſis oculum ſubiturus. *N N* Quintorum parium principia, ſeu guſtatorii nervi multis ſurculis ad plures uſus intra, extraque cranium exercendos addicti. *P P* Apparet & foramen oſſi phenoidis, & nervus ipſe a dura matre veſtitus *I*. Infundibulum aſpice quod a tertio ventriculo anterius ad ſellam turcicam ducit, ubi glandula pituitaria inſidet. *H H* Vide inſuper & ipſius ſellæ laterales partes dura matre conveſtitas.

FIGURA TERTIA.

CAput ex tranſverſo poſitum cum declivi poſteriori parte ſpectandum offert, amotoque cranio cum ſuperioribus duobus Cerebri emiſphæriis, complures nervos aſpicimus, qui a ſpinali medulla in cranium progrediuntur, inde in plures corporis partes ituri, pro ſenſibili motu excitando *A A*. Glanduloſi proceſſus occurrunt, medullareſque anteriores ſub initium medullæ ſpinalis ſiti, poſt Euſtachium a noſtro hoc authore cogniti. *B B* videntur & cerebelli gemini lobi, ſuis Lamellis, & pia matre conveſtiti. *Q* Sicut & vertebralium cohalitus arteriarum, quæ anterius ſub ſpinali medulla, hic reflexa eriguntur, ut proinde cum anterioribus, ſeu ſoporariis tali prius cohalitu reciſis uniantur. Aſpice & Cranii limbum reciſum, multiplicique litera. *R* Obſignatum. *E* Duram quoque matrem vide illum veſtientem, ſub Cerebri baſi. *C C* Oculi deſignantur diſciſſa in orbita oſſea propriis velaminibus cooperti. *I* Opticus nervus dexter, *K* motorius nervus æque dexter. *L* Par quintum, ſeu guſtatorius primus multiplices in ramos diffuſus, & per foramina cranii inſertus. *M* Guſtatorius alter, ſeu par ſextum, quæ cum ibi contiguo patetico oculum ſubeunt. *N* Durus nervus, molliſque auditorius. *O* Vagus nervus. *D* Communia extra cranium reclinata integumenta. *S* Temporalis muſculus, ſive crotafites ſejunctus inferiuſque ſupinatus. *F* Os etmoides. *H* Laterales ſellæ regiones dura matre inveſtitæ. *G* Infundibulum ad glandulam pituitariam ducens. *P* Spina denique oblongata, unde motorii nervi originem trahunt.

FIGURA QUARTA.

NOn exigua cranii parte exuta oſſibus cerebroque amoto, quidquid in eo continetur aperit.

A. Siniſtra cerebelli pars ad dexteram reclinata, ut baſis ejus oſtendatur. *B* Cerebelli pars dextera in ſitu, quam pia mater conveſtit *C*. Medulla ſpinalis intra cranium, pariter ſupinata ad partem ipſius anteriorem videndam. *D* Medulla iterum ſpinalis, ſuaque ejus extra foramen azicum reciſio. *M* Sexti paris, ſeu vagi ramus, qui plures ex ſe ramuſculos ad latera medullæ ſpinalis immittit intra cranium, quod Euſtachius jam dudum notaverat. *S* Vagus nervus per plura filamenta ad ſpinalem ipſam medullam implantatus. *R* Auditorius nervus. *Q* Guſtatorius alter, ſive par ſextum. *V* Pa-

Pateticus nervus . *O* Motorius . *N* Nervus Opticus . *G G* Oculi velaminibus in orbitæ ſitu adoperti . *K* Equina ſella . *I* Infundibulum ad pituitariam ducens glandulam . *F* Criſtatus proceſſus fractus . *E* Os cribriforme . Cranium inſuper circum infractum multiplici litera . *X* monſtratur . *H H* Dura mater ipſum obtegens . *P* Ramuſculus arteriæ Carotidis per duram matrem expanſus . *M* Communia quæ exterius cranium obveſtiunt integumenta .

FIGURA QUINTA.

CRanium inæqualiter confractum diligenter delineat, ut quæ in eo continentur tranſverſum aſpicias.

A. Cerebri medullaris portio anfractuoſa oſtenditur . *C* Alia portio medullaris ex anteriori ſui regione reclinata , ſucciſaque ſecus corpora glandulosa. *B* Cerebellum pia matre tectum . *D E* Spinalis medullæ a cerebro, & cerebello geniti pedunculi . *G* Motorius Opticus nervus . *H* Guſtatorius primus, ſeu par quintum . *I* Auditorius . *K* Vagus nervus , & Vagi nervi ramuſculi , qui hinc inde ad ſpinalis medullæ alligantur latera , uti in quarta innuimus cum gangliforme implicatur . *L* Motorius linguæ , ſive par nonum. *Q* Lateralis vagi progreſſio ad collum . *M* Primus cervicalis nervus inter azicon & primam vertebram poſitus. *N* Secundum par cervicale. *O* Râmuſculus vagi cum primis cervicalibus conjunctus. *R* Arteria carotis prope cranium exciſa. Dura mater perfracto cranio adhærens multiplici litera *R* demonſtratur . *S S* Dura itidem mater a cerebelli ſuperficie avulſa, & ad dexteram reclinata indigitatur . *V* Spinalis medulla extra cranium exciſa & reclinata . *T* Communium pars integumentorum deorſum obverſa, quæ cranium circumſepiunt. *X* Communibus ſpoliatæ integumentis partes ad ſiniſtram colli reclinatæ, ut oculi vagus nervus offerretur *Y*. Muſculares inæqualitates tranſverſum ſecus ſpinam exciſæ.

FIGURA SEXTA.


CRanium tranſverſum apparet diſſectum ſubmoto & cerebro, & cerebello , ut diſciſſi ſpinalis medullæ nervi quomodo quilibet ſua foramina penetret , palam fiat.

Et quidem partem illam Cranii diſſecti , amotique plurimæ literæ *A*. ſubjiciunt . *B* Criſtatus proceſſus innuitur . *C C* Oſſis Etmoidis ad frontale confinium , *F F* geminæ cavitates dura matre obtectæ, quaſque temporale os, & ſphenoides producunt . *G G* Binæ aliæ cavitates conſpicuæ a temporali itidem, & occipiti oſſibus formatæ, in quibus cerebellum recipitur . *E* Poſterior oſſis Landoidis proceſſus . *H* Sellæ equinæ pars antica . *I* Infundibulum alias monſtratum . *K K* Optici gemini nervi carotidis annexi arteriis, qui a primis exeunt foraminibus ab oſſe ſphenoide formatis, oculoſque ſubeunt. *R R* Patetici nervi , qui cum motoriis , *L* ibi ſuperius ad latus internum ſignatis extra cranium procedunt ad oculos ituri , dum per oblongum oſſis ſphenoidis foramen pertranſeunt . *M M* Guſtatorii nervi , ſeu par quintum , ut plurimum a meatu ſphenoidis oſſis , quod ovatum audit , pro-

progrediuntur. *N N* Guſtatorii alteri, ſeu par ſextum, qui duram hic matrem penetrantes, uti aliis nervis mos eſt, & ipſi oculos invadunt. *O O* Auditorii nervi, qui in magnum petroſi oſſis foramen ſe immittunt. *P P* Vagi nervi, qui extra cranium proficiſcuntur, per oblongam fixuram illam, quam temporale os, & occipitis additamentum producunt. *Q* Nervoſi linguæ motores rami, qui meatum per ſuum extra cranium ſecus occipitis additamentum prodeuntes ad linguam pertingunt: omneſque hi nervi a ſpinali medulla intra cranium ſunt reciſi. *D* Foramen denique azicum oſtenditur, per quod ſpinalis medulla deſcendit, ſed hic deſideratur. *E* Situs ubi longitudinalis ſinus tranſit.




TAB. XXII.


FIGVRA. I.



II.


III.


V


V.


IIII.


VII.


VIII.


VIIII.


X.



XI.



XII.



XIII.


XIIII.


XV.


XVI.


XVII.


XVIII.

VIGESIMÆ SECUNDÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.


Issectum lateraliter ad dexteram Cranium repræsentat, & sub ipso integumentis expoliato Cerebri portionem exprimit, a qua trahit opticus nervus originem.

A Igitur in girum pluries obsignata os explanant, seu Cranium in suas laminas partitum. *BB* Cerebelli laminulæ superficialiter transversumque positæ per gemina sua emisphæria, & vasa sanguifera per ipsas laminulas implantata *CC*. Dura mater majorem Cerebri partem contegens, cujus & ad sinistram portio progreditur post septum suum ad Cerebellum convestiendum. *D* Pars cerebri medullaris posterior membranis exuta. *EE* Thalami seu nervorum opticorum principia ab ipsa medullari parte prodeuntia. *F* Opticorum nervorum coalitus, seu conjunctio, *GG* Opticus nervus dexter, lævusque. *H* Nervi optici situs, orbitæ centrum penetrantis, & in quo musculorum ocularium principia ipsi adnectuntur. *o o o* Gustatorius primus nervus, sive quintum par in ramos expansus, & ab orbitæ centro in supercilium pervadens. *III* Musculus piramidalis palpebræ superioris elevator sub se sublimem musculum retinens. *L* Adducens, seu bibitorius musculus. *K* Indignatorius musculus, seu deducens. *M* Alius obliquus musculus, quem exteriorem vocant. *N* Obliquus internus, seu trochlearis, *PP* Membrana adnata, quæ excisa pro parte inspicitur *Q*. palpebræ superioris pilis exutæ semicirculus. *RR* Cranii inter orbitam, radicesque nasi dissecti pars, ut oculo extra situm posito locus fieret. *S* Communia integumenta.

FIGURA SECUNDA.

OCulum ab orbita detractum, communibusque membranis coopertum visendum proponit adinstar piramidis.

A. Opticus dexter nervus in Cerebri centro succisus. *B* Situs unde in orbitæ centrum progreditur, & ubi musculi ipsi adnectuntur. *D* Piramidalis musculus, seu palpebræ superioris elevator. *CE* Obliqui musculi. *G* Superior palpebra inversa. *M* Inferior cum musculo palpebrali. *L* Pili. *I* Cornea membrana. *K* Directio ad pupillæ foramen ducens.

FIGURA TERTIA.

SInistrum oculum cum musculorum ejus portione, adnata, & adipe exutum offert.

A. Sinister opticus nervus intra cranium recisus exhibetur. *C* suus intra orbitam progressus. *II* Piramidalis musculus superioris palpebræ elevator. *B* Motorius nervus. *D* Trochlearis Musculi progressus, ejusque carnosa pars.

E Trochlea, ſeu corpus cartilaginoſum ab illo muſculo penetratum. *F* Tendinoſa ejuſdem muſculi trochlearis inſertio in bulbi anterius medium, ſub palpebræ muſculo elevatore. *E* Abducens muſculus bibitorius. *H* Deducens etiam, ſive indignatorius. *G* Abducens Muſculus, ſive Bibitorius. *K K* Una & altera portio palpebrarum. *L L* Earumdem coalitus.

FIGURA QUARTA.

OCulum cum muſculis ſuis nudatum exhibet a primis velaminibus.

A. Pateticus nervus in trochlearem muſculum implantatus, ſeu in obliquum internum. *K* Amatorius muſculus. *L* Obliquus externus in quo inſeritur nervus ſexti paris, ſeu ſecundi guſtatorii. *H* Superbus muſculus, ſeu attollens. *D* Nervoſus tertii paris nervns, quem motorium quoque dicimus. *I* Humilis, ſeu depreſſor. *C* Tertii paris in ipſum immiſſi ramus. *F* deducens muſculus. *D* Alius tertii paris, ſive motorius nervus, qui etiam ad communes quoque oculi membranas pervadens. *G* Muſculus adducens. *D* Nervoſus alius tertii paris ramus, tum in ipſum muſculum per ramos ingreſſus, cum in obliqui externi muſculum. *N* Sacculum Membranæ adnatæ ſuis a muſculis, & eſcleroticam ſeparatum. *B* Quinti paris nervus, ſeu guſtatorius primus ramis ſuis in ipſam adnatam diffuſus. *M* Oculi pars anterior. *E* Opticus nervus in poſteriorem ejuſdem partem ſe immittens.

FIGURA QUINTA.

CUm figura hæc characteres nullos admittat, quæ contineat, nobis labor non erit edicere, præſertim quia ex quarta quæcumque exprimit, habemus, unde ulteriori explicatione non indiget.

FIGURA SEXTA.

POſteriori ex parte mirum in modum oculum demonſtrat humore vitreo, & criſtallina lente penitus ablata.

Siquidem *A*. Nervi optici intra orbitam ſecti pars eſt. *B* alia ejuſdem interius oculi reſpicientis portio, quæ dilatatur in retina oculi. *C C C C* Eſclerotica quadrangulariter exciſa, in angulo ſuperiori optico nervo adnectitur. *D D* Ciliare ligamen, cum proceſſibus æque ciliaribus nominatis, qui a coroidalibus muſculis continuari in Membrana Coroidi. *E* Pupillæ foramen corneam verſus ducens.

FIGURA VII.

OCulum ſuis membranis etiam quadrangulariter nudatum a parte anteriori explicat.

A. Quare opticum quodammodo ſeparatum conſpicimus ad ſignificandam veluti aliquod ſuæ cavitatis genus. *B B B B* Eſclarotica membrana anteriora per latera quadrangulariter aperta, in uno quorum angulo nervus opticus adhærere ſolet. *C C C C* Uveæ membranæ anguli, quadrangulariter, quoque diſciſſæ. *D D* Iris ab uvea producta. *E* pupillæ furamen cum criſtallina, quæ ad ipſam accedit, lente.

FIGU-

FIGURA VIII.

E Profpectu exteriori expoliatum membranis oculum exponit. Et quidem *A*. Nervus eſt opticus. *B* Eſclerotica tunica. *C* Corneæ girus. *D* Iris. *E* Tandem pupilla, cum chriſtallino humore.

FIGURA IX.

E Sclerotica nudatum oculum fere in proſpectum poſitum videndum apponit, ut aliæ membranæ magis interiores appareant.

A. Ergo eſt nervus opticus. *B* Uvea membrana, adinſtar acini uvæ nigræ. *C C* Ejuſdem circulus ad iridem formandam ſub *D* progrediens. *E* Pupillæ foramen.

FIGURA X.

E Sclerotica pariter expoliatum membrana exhibet oculum, quæ in inferiorem regionem Coroidis pendet, ut Coroidis in ſitu appareat.

A. Nervus opticus in poſteriorem bulbi partem immiſſus. *B B* Coroidales fibræ proceſſibus ciliaribus à me continuari ſpectatæ. *C C C C* Omnigena vaſa inter iridem, & internam Eſcleroticæ coroidis partem profuſa. *E* Artificialis ipſius eſcleroticæ ſciſſio. *D D* Eſclerotica ab uvea ſejuncta, & revoluta, ut fibræ coroidales appareant *E E*. Eſcleroticæ pars nervum opticum veſtiens.

FIGURA XI.

A D ſuperioris ſimilitudinem perpendiculariter oculum commonſtrat.

Idcirco. *A* Jam opticus nervus recurrit. *B* Coroides ab optico ſeparata, & producta *C C C C*. Habes & oblongam caroidis aperturam, quæ quidquid ſub ipſa jacet oſtendit. *D D* Eſcleroticæ latera fibroſa illa ſunt, ſuaque pars exterior. *E* Retina quæ vitreum humorem exterius occupat. *F* Pupillæ circulus, ubi implantatur etiam Iris.

FIGURA XII.

O Culum pariter deorſum inflexum delineat.

A. Expanſio medullaris nervi optici. *B* Retina in ſitu cum humore vitreo. *C* Circulus ubi criſtallinus humor continuatur, & ab ipſa retina veſtitur.

FIGURA XIII.

M Embranam retinam poſterius ſex in angulos diſciſſam indigitat, quorum aliqui litteris *A A A*. Innuuntur, quique in girum deſinunt, & in membrana criſtalloidea continuantur. *B* Criſtalloidea membrana exponitur, ſuaque pars poſterior.

FIGURA XIV.

AD naturalem profpectum oculum explicat, fubmota cum cæteris membranis efclerotica, & cornea, ut vitreus humor appareat, qui tunica retina operitur, & hæc literis *A A A*. Demonftratur *B B B*. Iridis eft imago C. Criftallina lens ad ipfius iridis circulum, feu pupillæ foramen connexa, & retina induta.

FIGURA XV.

VItrei humoris globum aperit, tum & vitream membranam quæ illum ambit, literis *A A A A*. Demonftratam. *B* Lentis criftallinæ fedes in medio anterioris partis vitrei humoris jacens.

FIGURA XVI.

LEntem ipfam per latus tranfverfam a criftalloidea membrana, quam retina producit cognofcendam profert.

FIGURA XVII.

LEns ipfa criftallina e profpectu vifenda, & multis conftituta lamellis objicitur.

FIGURA XVIII.

A. TRanfverfum recifam criftallinam quoque lentem exhibet, veftitamque lamellis fuis, cujus in medio fubftantia apparet albicans.



TAB. XXIII.


FIG. I
II
III
IIII
V
VI
VII
VIII
VIIII
X
XI
XII
XIII
XIIII
XV
XVI
XVII
XVIII
XIX
XX
XXI

VIGESIMÆ TERTIÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



ORganum auditorium cum compluribus tum interioribus, cum exterioribus ad ipſum ſpectantibus figuris coram apponit.

Auris ſuis cartilaginibus, & ſemicirculis donata exprimitur, ad oſſis temporalis limbum avulſa.

A A A. Semicircularis cavitas vulgo ſcapha. *B B* Alvearis, ſeu pinna, ſuumque ipſius ſemicirculare principium *E*. Ejuſdem extremitas Antitraco adhærens. *F* Elix ſive Capreolus. *C C C*, & Antelix, utrique a cavitate, quam ſcapham dicunt, diviſi. *H* Cavitas, aut concha innominata. *G G* Exterior meatûs auditorii directio, ad anteriorem, ſeu aconchion ducens. *K* Draco, ſive Hircus. *M* Antidraco. *I* Inter pinnam, & antidracum medians diviſio. *L* Alveolus. *N* Lobi principium, *O* ipſius regio anterior. *P* Sua extremitas. *Q* Situſque ubi ad pompam muliebrem gemmæ in ipſo ſuſpenduntur.

FIGURA SECUNDA.

IN ſitu naturali cum muſculis ſuis auris patet.

A. Muſculns auris elevator. *B B B*. Poſterior alæ aliquantulum introrſum inflexa. *L* Antidracus. *V* Exterior meatus, qui ad tympanum ducit. *K* Lobus. *I* Poſterior auriculæ pars. *C* Muſcularis expanſio oblique aurem ſurſum adducens. *D* Muſculi ipſius tendo. *E* Deducens muſculus. *F* Tendo ipſius. *G* Alius deducens *H*. ipſiuſmet tendo. *T T* Integumenta ſupra vaſa ſanguifera reclinata, quæ temporale os penetrant. *R* Zigomaticus proceſſus. *S* Maſſateris portio. *N N*. Semicirculus, oſſiſque temporalis extremitas. *O* Os temporale. *M* Os ſinciput dexterum. *P* Integumenta complurimis muſculorum frontalium fibris connexa, quibus Temporalis etiam muſculi portio ſubjacet *Q*.

FIGURA TERTIA.

OS temporale ab aliis Cranii oſſibus diductum intuemur, amotumque auriculæ externæ cartilagineum tubum. Apparet & Conchion, ſeu Cavitas intra notum proceſſum adducens. In ipſius autem cavitatis centro, ſeu prima cavitate, quæ timpani dicitur, oſſicula duo ſpectantur quæ proximiora ſunt tympano, a figura malleus, & incudo audientia, prorſuſque viſibilia in hujus Tabulæ Figura 18. Videntur ſimiliter ramuſculi quidam, quos foras emittit os illud ad latus extremum conchion præfati, ſuntque nerviculi illi quos duros vocant ſanguiferis aſſociati vaſis.

FIGURA QUARTA.

OSſis petroſi partem, ſeu proceſſus temporalis demonſtrat ex regione illa, quæ cerebrum ſpectat, in quo præcipue majoris nervi mollis auditorii foramen aſpicimus, ipſumque inſertum nervum, aliaſque cavitates complures quas integre os ipſum aperit, ſicut & jugularem proceſſum a Zigoma oſſe ſubmotum.

FIGURA QUINTA.

UNicum petroſi oſſis proceſſum exhibet e regione etiam interna, unde variis in ipſo cavitatibus ſublatis oſſium tympani girum offert, & ulterius incudinem, malleumque oſſicula in ſitu rotundam cavitatem mediantia.

FIGURA SEXTA.

PEtroſum proceſſum monſtrat ſua cum cavitate per planum ſpectandum, & oſſiculis in ſitu, ejuſdem centrum ſpectantibus.

FIGURA VII.

ALium petroſum repræſentat proceſſum lateraliter tum ovali, cum innominata cavitate agnoſcendum.

FIGURA VIII.

PRimam proceſſus petroſi cavitatem e conſpectu poſitam objicit, ubi mirabiliter expreſſa in ſitu tria oſſicula occurrunt Incus, Stapes, Malleus vocata, eodemque ſita modo, quæ tamen extra ſitum poſita in ejuſdem Tabulæ Figura 18. ſpectantur, jam ab Euſtachio Maximo diligentia expreſſa.

FIGURA IX.

PArtem petroſi oſſis viſendam infert, cum labyrinthi ſemicirculis oſſi ipſi adhærentibus, duoſque in ſuperficie ejus patenter delineatos aſpicimus.

FIGURA X.

OS Conchion petroſum e conſpectu notat, interiori ex parte, cum annulari oſſe, quod tympano alligatur, malleique manubrium tympano quoque ipſi incumbens.

FIGURA XI.

OS ipſummet tradit viſendum, ſed reclinatum cum ipſo Conchion, ſeu meatus auditorii extremitate, exteriorem partem ſpectantis.

FIGURA XII.

SUmma solertia expressa Figura hæc labyrinthum, integramque cochleam a petroso processu divulsa indigitat. *A* Illud foramen est ad labyrinthum deducens. *B* Et illud foramen alterum quod ad cochleæ cavitatem defert. *D* Apparet & ejusdem cochleæ circulus. *C C C* Semicirculi tres qui labyrinthum componunt; quos dudum expressit in situ celeber Eustachius in osse petr oso Figura II. Tab. XLX.

FIGURA XIII.

A. SEmicirculos, viasque ostendit, quæ ad cochleam deferunt, a petroso processu pariter separatam, cum foraminulis illis per quæ mollis auditorius nervus ingreditur. *BB* Alii labyrinthi semicirculi effracti, ut melius cochlea appareat, superficialiter confracta & ipsa, ad hoc ut semicircularis ejus cavitas litera *C*. signata prospiceretur.

FIGURA XIV.

HÆc quoque laudabili Auctoris arte labyrinthum, cum foraminibus suis, tribusque supinatis semicirculis a petroso processu segregat.

FIGURA XV.

IN hac semicirculus labyrinthum componens a duobus aliis separatus apparet, ejusque semicircularis cavitas spectatur, seu viarum una labyrinthi ipsius interius conspicua.

FIGURA XVI.

OSsiculum rotundum tympani a parte interiori exponitur, ubi alligatur, remanetque expansa tympani ipsius membrana. *A* Ejusdem principium superius. *C C* Cavitas ad commodiorem membranę ipsius adnexionem. *B* Extremitas tympani ab osse petroso divulsa, ut non rotundum prorsus esse videamus.

FIGURA XVII.

IPsum tympani ossiculum exteriori ex parte ostenditur erga auditorium meatum. *A B* Ejusdem extremitas *C C C*. Suæque circulares inæqualitates ad conchion admotæ.

FIGURA XVIII.

TRia hic adnotantur tympani ossicula, quæ scilicet in cavitate ipsius operiuntur. *D* Malleus incudi unitus. *E* Ejusque aposisus. *F* Mallei manubrium, tympanum versus, ejusque. *G* Incus denti assimilis. *H* Il-

liusque apofisus. *I* Apofisus alter. *K* Stapes cum processu ipso incudis ovalem versus fenestram locatus.

FIGURA XIX.

PArs mallei a situ naturali supinati agnoscitur, orizontalem prospectum sortita. *M* Inferior pars ejusdem. *N* Mallei apofisus. *O* Manubrium.

FIGURA XX.

UTi malleus sejunctus aspici datur, Incus quoque e prospectu ex se sola datur videnda. *P* Basis ejus cum apofisorum duorum divisione sub literis *Q R*. Exprimuntur.

FIGURA XXI.

SE solum etiam stapedem offert visendum a suo situ distinctis quatuor apofisis formatum. *T* Superior apofisus foratus sæpe desideratus in natura, post quem alii laterales duo insequuntur literis X, & *Y* notati. *V* Postremo autem transversus processus, seu stapedis ipsius basis delineata est.





TAB. XXIIII
FIG. I.
II
III
IIII.
Fib. trans.
Fib obliq:
Fib rect
VENA RVM.

VIGESIMÆ QUARTÆ TABULÆ
FIGURA PRIMA.



Anguifera vaſa, ut plurimum venoſa deſignat per corporis ſuperficiem diffuſa ſub cute, perque characteres, & lineas ſitus docemur, in quibus incidere per morbos illas oportet.

A. Frontalis vena quæ ramis explicata per verticem progreditur. *B* Unde cucurbitarum ope ſive hirudinum in vertice ipſo haberi poteſt ſanguinis intenta exoneratio,. *C* medius arteriæ temporalis ramus, qui cum aliis laterali bus *æ F*. ad capitis dolori medendum, ocularibuſque fluxionibus aperiri poſſunt. *B E* jugularis externæ gemini rami ſunt, ut plurimum retro aures hirudinibus aperiendi. *G* Jugularis pariter externæ ſiniſter major eſt ramus in pluribus capitis morbis ſolita aperiri. *D* Videmus hic quoque venas duas angulum inter oculi, & naſum, majorem unam a jugulari interna productam, qua ad frontem ferri diximus per ſui minorem propaginem ad naſi pinnam extenſam, literiſque *H*. Signatam, a qua etiam hirudinibus educi ſanguis in uſu eſt propter optalmiam &c. Sequitur & vena ſublingualis. *L K* Et ipſa internæ jugularis propago, quæ etiam diffuſa per linguam, & labium, ſi ſecetur anginoſis afoniaciſque morbis proderit. *M M M M M* Lineæ vero hic indicant, humerarias venas facile per phlebotomum aperiri, quæ in brachii flexura mediæ, Cephalicæ. *o* communeſque audiunt; & ſi opus fuerit aperiri etiam poterunt ſupra ſiniſtram dexteræ manus carpo. *N N N* Vena deinde ſillaris illa eſt quæ multiplici *N* notatur quæ poſt cubitum communis ſuperficiaria evadens tribus in locis ibi aperitur, ſub baſilicæ nomine. Atqui ſalvatellæ in ſiniſtræ manus dorſo indicantur. *P Q r*, quæ ab aſſillari derivantur. *L L* Tranſeunt autem illæ lineis ſuis ad vaſa pectoris ſolentque cucurbitulis recidi, præſertim ob dolores pleuriticos, & mammaria exteriora vaſa, inferioreſque muſculi vocantur. Aſteriſcus * ad ſiniſtram venoſum canalem in Ilii criſta ad glutios tendentem deſignat, uti locus litera. *X* notatus phlebotomiam utilem docet in coxa ſupra genu, dum Iſchiaticis vaſis reſpondet, ideoque Iſchii doloribus remedium affertur. *V* Suppoplitea vena oſtenditur, quam veteres noſtri ſapienter aperiebant uti conſpicuum certe vas, in quo craſſior ſanguis eſt, quia in minoribus ſemper melior extrahitur, quod cucurbitulis contingit. *T T*. Docemur venam iſchiaticam ab oſſe Iſchio illuc pertingere, unde prodeſse iſchii morbo creditur venæ illius apertio. Aſteriſcus * exinde monet ſedales venas in ano aperire hirudinibus profuturum, ſicut in ſcroto venę illę ſeminarię dictę *q* incidi poterunt, ſaltem ſcarificando in inflammatione ſcroti, ſed cura ſit ne in paracenteſi Erniæ forentur, *R* Vero commonet interius ad genu poſſe loco ſaphenæ ſuppopliteam venam recidi ob morbos varios, niſi quis malit eam in pede ſcindere, ubi minores ſunt canales ***T T*** & ***S*** demonſtrati, in quibus ſubtilior ſanguis continetur.

FIGURA SECUNDA.

FEmur per medium discissum exhibet, ejusque majores venas, quarum una safena dicitur & *A*. Litera ostenditur cruralis altera in *B*. Spectanda. Safena autem, seu vena uterina suppoplitea pariter vocatur in situ *D*. Et usque internum malleolum ramos extendit, *E* indeque ad pollicem. *F* Quibus in locis commodum est eam recidere. Numerus tandem 1. usque ad 12. valvulas venarum ipsarum indicat, quæ usque ab anno quingentesimo cognitæ sunt.

FIGURA TERTIA.

REcisum ab humero brachium demonstrat, & ligatum, ut ligandi illud modum doceamur, dum emitti sanguis debuerit. Quare *A* Basilicam innuit, seu assillarem venam. *B* Vero mediam. C Cefalicam. *D* Mediam communem superficiariam. *E* Venam elatiorem communem superficiariam alteram, *F* Superficiariam communem humilem, quibus in locis commode fit incisio. *I* Numerus autem 3. usque ad septimum ostendit extra canalem cum nodositate valvulas in situ,quas aperto canali in femore vidimus Figura II. Lignum denique quod manu stringitur venarum compressionem excitat propter tentionem musculorum, ut facilius eliciatur sanguis incisa vena.

FIGURA QUARTA.

VEnam brachii exhibet figura hæc, quæ sua in cavitate nobis offert non modo naturalia foramina, quæ ab ipsa sanguinem deducunt in girum agentia per corpus, sed etiam fibrarum texturam linearum opera, quibus vas est compositum, suntque rectæ, obliquæ simul & transversæ. In canali tandem integro figuræ ipsius quartæ variæ apparent scissuræ, modumque quo ictus venam feriat, monemur, minor scilicet incisio recta est, & transversa, major autem obliqua. Insunt & minus conspicuæ cicatrices, & latiores, prout plus, minusque expediat, ut sanguis exiliat, & emittatur. *B B* Superiores venarum Assillarium diramationes excissæ. *D C* Aliæ circa flexuram cubiti pariter excissę, ut appareant quomodo intus ista vasa ramificentur.



VIGE-

TAB. XXV

FIG. I




FIG. II.



FIG. VII.

FIG. VI



FIG. III.




FIG. IV.





FIG. V.



VIGESIMÆ QUINTÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



PRæſentes figuræ nil aliud intuendum exhibent, quam nervorum complexum e ſpina extra cranium evulſum, quæ quidem ſpina cum vertebris illam componentibus pariter demonſtratur. Atlantica itaque primo apparet vertebra ſimul & epiſtrofea, quæ poſterius obvertitur.

A. Igitur ſpondilia bicornia ſpinoſa ſecundæ epiſtrofeæ vertebræ ſunt. *B B* ſuperiores, lateraleſque Atlanticæ cavitates glenoides, per quas inferiores oſſis landoides proceſſus articulantur ad azicon latera. *C* Unionem vide tum internam cum externam, qua vertebræ illæ inter ſe coaleſcunt per cartilaginem. *D* Inde & dentatum proceſſum, ſeu ſecundæ vertebræ perinoides anterius, interneque ſub Atlanticæ medium intus connexum. *E E* Jamque tibi occurrunt tranſverſi ipſius vertebræ proceſſus non parum elevati. *K K* Foramina illa ſunt in ipſis proceſſibus lateralibus cavata, per quæ canales ſanguiferi vertebrales excurrunt ad cerebrum. *F* Dictęque atlanticę ſemicirculus poſterior, cui tamen ſpinoſus proceſſus deeſt. *G* Apparet & magnum foramen azicum, unde ſpina oblongata manifeſte progreſſus ſuos conficit. *H* Tandemque ſe ſe prodit epiſtrofeę latus cum lateralibus bifidis apophyſibus.

FIGURA SECUNDA.

ELevatas, quas diximus, vertebras per latus exhibet, ut clarius eorum continentes partes videantur.

A. Itaque proceſſus bifidus ſpinoſus eſt ad epiſtrofeę latus artificialiter expoſitus. *I* Epiſtrofeę pars anterior per latus ſpectanda. *B* Ovatus ſinus, ſeu cavitas glenoidis atlanticæ, cujus caput cum ipſo articulatum innuimus. *E* Interior, lateraliſque atlanticę elevatio ad infimam ſemiovalem, aut glenoidem cavitatem proxima. *D* Perinoides epiſtrofeę proceſſus cum atlantica articulatus. *F* Atlanticę ſemicirculus ſpinis orbatę ex poſtica regione. *G* Foramen, quod poſt azicum interius continuatur in vertebra ipſa.

FIGURA TERTIA.

ANteriorem unius ex quinque lumbaribus vertebris partem deſignant.

A A. Superior vertebrę ipſius pars, quę circuli cartilaginei opera aliis adnectitur. *B* Pars inferior etiam cum circulo cartilaginoſo. *D* Laterales proceſſus. *E* Binique alii proceſſus, qui lateraliter alii vertebrę adhęrent. *C* Poſterior ſpinoſus proceſſus.

FIGURA QUARTA.

UNam è Thoracis vertebris in poſtica interna regione innuit:

A. Anterior vertebræ ipſius planities. *B* Ejuſdem foramen magnum, per quod ſpinalis medulla tranſit. *H I* Aſcendentes ſuperiores ejuſdem proceſſus, ubi coſtarum articulantur ſummitates. *C D* Inferiores, lateraleſque proceſſus, qui coſtis ipſis adnectuntur. *F G E* ſpinoſus proceſſus bifidus ſuaque ipſius inæqualitas, quæ triangulariter ſuper ſequentem vertebram cohæret.

FIGURA QUINTA.

ALiam & hæc Thoracis vertebram, ſuamque ſpinoſam poſticam partem demonſtrat.

A. Superior vertebræ planities a cartilagine obtecta. *I* Aſcendentes, ſuperiores proceſſus. *B*. Vertebræ ipſius lateralis ſinus, qui coſtæ extremitati adnectitur, *D* Foramen qua medulla ſpinalis decurrit. *E E* Tranſverſi vertebræ ipſius proceſſus. *G* Spina, ſeu ſpinoſus proceſſus bifidus in cujus poſteriori medio vertebra illa affixa eſt. *K L* Deſcendentes, ſeu inferiores proceſſus, lateraleſque ejuſdem vertebrę, qui cum ſequenti articulantur.

FIGURA SEXTA.

SPinam poſtica ex parte cum vertebris ſuis exponit, quę (non numeratis oſſis ſacri vertebris) 24. apparent. Septem ſcilicet colli ſunt ab 1. incipiendo, & quidem prima atlantica eſt litera. *A* in tranſverſo proceſſu ſuo ſignata. Altera epiſtrofea eſt, cujus bifurcatus ſpinoſus proceſſus in *O* habetur, ſimul & proceſſum illum ſui natura aliquanto ſurſum inverſum ſpectamus. *L* vero proceſſum tranſverſum ejuſdem oſtendit, ſecus ſuam cum atlantica unionem; ultimam porro ex ſeptem illis vertebram, ſubſtentatricem vocatam in *B* conſpicimus, quę deſcriptis aliquanto eſt major. Sub *C*. Principium prima Thoracis vertebra videtur accipere, quę cum undecim ſibi ſubjacentibus duodecimum explet numerum uſque ad 19. ſi numeratio ab 8. incipiat. Adverte tamen ſecundam thoracis vertebram, *o* ſignatam, poſteriorem proceſſum non certe bifidum innuere, quod undecimæ quoque accidit. *M* Contra in quarta Thoracis poſteriorem, lateralemque proceſſum indigitat, qui adnectitur, & ſecunda cum vertebra articulatur, quod idem demonſtrat. *M* in 12. Thoracis. *L* proinde in ſexta proceſſum tranſverſum, ſeu lateralem tertium dorſalium vertebrarum exhibet, quę cum aliis duabus alio in latere quinarium conficiunt numerum. Ad has dorſi vertebras lumbares ſequuntur; ultimamque Thoracis primę lumbari conterminam. *D* Oſtendit cum trifidis lateralibus apofiſibus. Habemus deinde lumborum quinque, quę a 20. ad 24. exporriguntur; in quarum prima per *E* Etiam innuitur tranſverſus ejuſdem proceſſus, & per *N*. Proceſsus lateralis alius exprimitur ſurſum inverſus, qui inferiori ultimę thoracis adnectitur vertebrę: & idipſum in alia *N*. De lumbari penultima, cum tertia repetitum cenſetur, ubi lumbaria penultima in *O* Poſteriorem proceſsum exhibet. Per *F*. Autem non ultima ſolum lumbaris repetitur, ſed pro-

processus etiam ejus transversus, quem pariter ipsi supereminentes habent. Deinde ad lumbarem ultimam os sacrum copulatur, sex partibus, ut plurimum compositum, & prima per *P* distincta illa est, quæ per processum sursum conversum inferiori lumbaris extremæ processui unitur. *G* Lateralis dictæ primæ partis processus, qui internæ ossis ilii hinc quidem amoti faciei adhæret. *G* ejusdem ossis sacri pars excavata usque ad *Q* quæ ad internum ilii latus æque adnectitur. *R* Posterior, lateralisque dicti ossis pars, quæ usque ad. *P* ad posteriorem Ilii semicirculum articulatur. *VV* Trium spinosorum sacri ossis processuum effigies. Numeri 2.3.4.5. proinde ad foramina interjecti plures e medulla spinali prodeuntes nervos offerunt, complurimasque in partes abeuntes. *X* Oblonga cavitas, quæ veluti per arcum ossis sacri reducit, ubi intus non pauca foramina descriptis majora inveniuntur, *S* ossis sacri extremitas, seu finis. *H*. Lateralis ejusdem regio. *I* Tria ossicula ossis Coccigis. *T* Primum Coccigis ossiculum. *K* Et ejusdem ultimum. Cartilaginosum, & acutum.

FIGURA SEPTIMA.

SPinalem medullam extra vertebras posterius ponit, nervososque fasciculos, qui quodcumque ejusdem par constituunt a nostro hoc auctore post Eustachium diligentissime supra cæteros quoscumque examinatos, & forsan ab ipso petitos, quod idem de Eustachii renibus fecit hic in septima Tabula Figuris scilicet 3. 4. delineatis cum fasciculis fistulosis Fig. 5.

A. Ejusdem in cerebello recisum principium ad calami scriptorii limbum, seu quartum ventriculum, quem ibi expressum aspicimus. Numerus vero 1. usque ad 7. septem nervorum paria cervicalium nomine demonstrat. *B*. Primus cervicalis dexter nervus. *C* Cervicalis ultimus, inque septem hisce nervorum paribus posteriorem partem spinalis medullæ attende membranis penitus nudatam, dura, piaque matre, ut alba pars medullaris, nervusque quilibet nervulorum fasciculo composita appareant, ut diximus, qui nervuli ad spatium aliquod membranis sunt expoliati, & sub finem illis veluti quadam vagina cooperti. Post cervicales autem nervos dorsales sequuntur, qui initium trahunt in illa spinæ regione asterisco * obsignatæ ab 8. ad 19. num. inclusive. Sequitur spinalis exindè medulla post cervicales dorsales formatura. *D* Primum dextrumque dorsalem nervum præmonstrat, & hic juxta sequentium nervorum ordinem; cervicalibus similium cum fascisculis suis, & communium membranarum expoliatione, ipsi, etiam in vaginis membranarum apparent, quarum portio sub finem spectatur.


Post dorsales hosce nervos lumbares quinque insequuntur, qui a 20. n. usque ad 24. inclusive protrahuntur, & quidem primus litera, *F* notatur, & *G*. Postremus. Hi quoque membranis exuti sunt juxta spinam, & sub finem vaginam induunt, sicuti quos descripsimus, iisdem cum tunicis. *H* usque ad 28. *I*. Exinde sacri ossis nervos eodem ordine & membranarum, & fasciculorum sub finem detegit. Hic certe anathomicus noster 28. nervorum paria, non autem 30. extra cranium, tantùm exhibet, & diversitatem hanc in omissionibus meis super egregii Lancisii notis elaboratis pag. 39. num. 18. invenies, fusius autem in observationibus meis cap. 4. pag. 20. ubi ex inte-

gro, & ordine ſuo Commentarios ſuper Euſtachii Tabulis edidi, ibique in 47. Tabulis exprimere illum potuiſſe miraberis retroactis ſæculis obſervationes ejuſmodi, quæ noſtris hiſce temporibus tamquam novæ vendicantur. Nervum etiam ſine pari oſtendit, qui per coccigem progreditur, & litera. *K* demonſtratur, faſciculos inſuper, membranarumque portionem, quæ ipſum vagina ſua inveſtiunt patefacit.



VIGE-

TAB. XXVI



VIGESIMÆ SEXTÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



N ſceleto quod exhibet, plurimas oſſium illud componentium monſtrat ſituationes, quas illi natura mater ad tot tantoſque uſus aptavit.

Quare ſuturam coronalem. *A* Spectamus. *B* Os frontale. *Z* Oſſiſque ipſius, proceſsûs ſui operâ, cum naſi ſummitate unionem. *d* Offertur, & proceſſus zigomaticus dexter. *X* Tum & ſuperior mandibula *T*. Cum inferior. *D* Ultima cervicis vertebra. *K* Dextra clavicula. *a a* Claviculæque ipſius cum acromion, ſcapula audiente, adnexio. *H* Primum os ſterni majus. *I* Mucronata cartilago, quæ enſiformi etiam donatur figura. Numeri vero 1. ad duodecim coſtas indicant, & legitimarum nomine appellatas, quæ ſcilicet ad ſternum adnectuntur, ſeptem unoquoque ex latere, & illegitimas coſtas, ſeu ſpurias quinque ſcilicet ſequentes quæ ad ſternum non pertingunt *æ* Cartilago coſtarum. *E* Prima quinque lumbarium vertebra, earumque baſis, laterales apofiſi &c. *B* Dextri humeri ſummitas, ſeu caput, ſcapulæ ſiniſtræ cervici adhærens. *b* Scapulæ ipſius ſiniſtræ cavitas, litera *L* adnotatæ *M*. Humeri pars anterior. *N* Condilis ejus exterior, qui in extremitate oſſi radio adnectitur *ẟ*. Radii apex, tenuiſque ejus cavitas, qua condilibus lateralibus mediiſque Humeri unitur. *P* Radii progreſſus, ſuaque media inæqualitas. *z* Radii medietas, & extremitas ampla *ſ*. *Q* Cubiti oſſis progreſſus. *C* Cubitique extremitas radio adnexum. *O* Radii extremitas, qui cum cubito initium carpi efformant. Latus radii apofiſus, quo ſeipſum ad carpi oſſa unit *R R*. Carpi oſſa in duos diſtributa ordines, inæquales inter ſe, & Anonimos n. 7. *S S*. Quatuor metacarpi oſſa inferius cum ſuis tuberculis *T T*. Digitorum oſſa triplici ordine donata, quæ dempto pollice a duodecim componuntur, adeout ſi tria pollicis oſſa adjunxeris, Metacarpo numerato quindecim inveniantur. *F* Sacrum os, ejuſque pars anterior, aliis unita oſſiculis ſuis, quæ ipſum componunt. *V V* Ilia oſſa cava interius. *r* criſta ad ipſorum Iliorum dexteram poſita. *G* Coccix aperte in tria oſſicula dipartita. *X* Ilii acceptabulum iſchio adhærens, pubique, unde femoris caput excipitur. *Y* Os pubes; ſuaque ipſius pars anterior. *i i* Femoris caput in cavitatem intruſum, iſchii cavitatem audientem. *o o* Cervix, ſeu femoris collum. *d d* Grantrocantera, ſeu femoris ipſius apofiſus. *e* Ipſiuſmet trocantera ſiniſter, deſcripto minor. *Z Z* Femoris ad genu progreſſus. *ε* Condilis, ſeu femoris epifiſus qui tibiæ ſummitati adnectitur. *g* Siniſter condilis, qui fibulam reſpicit. *f f* Rotulæ, ſeu ſcutum genu. *ꝛ* Tibiæ ſummitas, latuſque ejus apofiſus, qui ſibi eoſdem femoris condiles unit. *ꝶ* Dextra fibula, ſuaque ſummitas, laterali tibiæ externæ expanſioni ſe adnectens. *g* Siniſtra fibula, ſuuſque ad talum progreſſus. *i* Media fibulæ dextræ inæqualitas. *l* Dextera ejus extremitas, quæ & tibiæ hæret extremitati, & ad oſſis tali latera, ubi ſub *n*.

Ad ſiniſtram malleoli externi conſtituuntur. *m m* Extrema tibiarum latera, quę per hoc internos formant malleolos. *n* Os talum inferiori tibię dextrę cavitati adnexum. *b* Os teſſera ſiniſtrum unitum naviculari. *o o* Tarſi latera *p q r s*. Oſſa, quę poſt teſſeram, & navicularem ad tarſi dextri efformationem concurrunt numero & *t t*. Metatarſi oſſa, quæ apertè quatuor ſine pollicem conſpiciuntur *u u*. Oſſa digitos componentia ab illis, quę manum formant parum abſimilia.

FIGURA SECUNDA.

Oſſa lateraliter exponit pręſentis ſceletus. *A*. Igitur pars eſt lateralis coronalis oſſis, & ſuturę. *B* Ejuſdem antica pars. *E* os ſinciput dextrum. *F* Os occiput. *G* Os petroſum appellatum. *D* Squamoſa oſſis temporalis ſutura. *H* Sutura Landoides. *K* Proceſſus zigomaticus. 10 Os malum vel ſedes pudoris. *I* Sfenoidis oſſis portio. *o* Coronoides mandibulæ inferioris proceſſus parum a condiloide ſemotus. *L* Dextrum mandibulæ ipſius latus. *M N* Septem colli vertebræ earumque ad latus dextrum proceſſus ſpinoſus. *P* Primum ſterni os. *Q* Mucronata cartilago. *R* dextera clavicula. 1. 2. 3. &c. Coſtas innuunt, finem que Cartilaginum, quibus articulantur. *S* Scapula, parſque ejus ſuperior. *a* Proceſſus Acromion ejuſdemmet. *b*. Ancoroides proceſſus. ξ Scapulæ cervix. ⊙ Humeri ſummitas, ſeu in ipſa cervice caput. *T T* Humeri, ipſiuſque inæqualis progreſſio dexter facie externa, & e contra ſiniſter. *C* ſiniſtri radii initium, & cubiti pariter. τ Poſterior, inferiorque humeri dextri ſinus, ubi excipitur cubiti extremitas, & articulatur. *C* Cubiti dextrum os & ejus caput. *o* Condiles, ſeu inferior humeri proceſſus. *s* Rotunda oſsis radii ſummitas humero ipſi connexa. *V* Oſſis cubiti principium. *Y Y* Cubitorum oſſium progreſſus *Z*. Os radium, erga carpum protenſum. *p* Suus dexter epifiſus. ᵩ Cubiti pariter dexter epifiſus. *e e* Carpi, eorumque oſſa in duos ordines diſtributa quæ numero ſunt bis ſeptem, tam in dextera, quam in ſiniſtra. *X* Radii extremitas, cum epifiſo *d*. Dextrum os radii, cubitique cum carpo articulatio. *f f* Metacarporum oſſa quatuor digitorum. *g* Digitorum phalanges dexteram manum componentes in tres partitæ ordines, inque oſſa 12. pollice excepto. *O* Poſterior primæ lumbaris vertebræ apofiſus. « Tertia vertebra cum apofiſis ſuis poſterioribus non parum elatis, & in plures diſciſſis. λ Lumborum etiam extrema vertebra, quæ valide, & lateraliter iſchio oſſi copulatur. *b* Interna ilii ſiniſtri aliquantum cava portio. 3 Dextera criſtæ ilii ſummitas. 4 oſſis ilii continuatio in poſticam partem ad iſchium uſque. *Z* Ilii progreſſus anterior, qui in *l*, & K. Extenditur, oſſi iſchio inæqualiter connectendus. *i* Os iſchium dexterum. *l* Os pubes, & oblongum foramen, longeque conſpicuum, ab oſſe ipſo derivatum. 7. Femoris caput in acceptabulum ſuum intruſum, vulgo iſchii nominatum. 6. Femoris cervix, ſeu collum. *n*. Dextri femoris proceſſus vulgo grantrocantera. *m* Femur dextrum, ſuaque media portio. *X* Anterior femoris extremitas inferioris. *o o* Genuum rotulæ. *p* Femoris condiles, qui genu articulationem faciunt, fibulæ apici adnexi. ⁍ Fibulæ ſummitas, quam Piron quoque dicimus. ♃ Tibiæ dextrę ſummitas inferioribus femoris condilibus cohęrens. *r* Ejuſdem erga talum continuatio. *s* Media pars fibulæ.


bulæ. *q* Ejuſque extenſio, & extremitas elata, quam malleolum externum vocant. *x* Os talus ſive aſtralagus. *u* naviculare os. *z* Os teſſera. *y* Oſſis extremitas quod calcanei vulgo dicitur. *t* Lateralis oſſis tali portio. Quinque tali oſſa anteriores indicant, quæ quinque Metatarſi dexteri adnectuntur. 9 *q* Metatarſi ejuſdem aliquantum gibba oſſa exterius, interiuſque cava. *N N* Oſſa quinque digitos componentia, quorum quatuor tribus ordinibus componuntur, pollex autem a duobus ad eorumdem interius latus.

FIGURA TERTIA.

SCeletum fere e dorſi regione ſpectandum ob oculos ſtatuit. *A* Nimirum os frontale oſtendit. *E* ſiniſtrum ſinciput. *C* Sagittalem ſuturam. *B* Suturam landoidem *G*. Os occiput. *F* Oſſis sfenoidis portionem. *D* Siniſtram oſſis temporalis ſquamoſam ſuturam. *H* Temporale os, ſeu bregma. *I* Proceſſum maſtoidem. *L* jugalem proceſſum. *K* Os malum, ſeu pudoris ſedem, ut diximus. *M* Inferiorem mandibulam. *g* Condiloidem ipſius mandibulæ proceſſum. *q* Ipſiuſce proceſſum coronoidem. *H* Primam cervicis vertebram atlanticam nomine. *O* primam vertebram Thoracis. *P* Primamque lumborum. *Q* Eorumdemque poſtremam magis latam. κ Lateralem quartæ vertebræ lumborum proceſſum. λ Inferiorem æque proceſſum lateralem ejuſdem. ι θ Poſteriores tertiæ, quartæque lumborum vertebræ proceſſus innuunt. *R* Oſſis ſacri terminum, & coccigis principium. Per 1. 2. 3. &c. duodecim coſtæ legitimæ, & ſpuriæ in parte poſteriore demonſtrantur, quarum legitimæ illæ ſunt, quæ per cartilagines ad thoracem pertingunt, ſpuriæ autem hoc nomine indicantur, quia ſterno non adnectuntur. *T* Poſterior ſcapulæ pars eſt, ſeu omoplata. *V V* Proceſſus Acromion. *s s* Ancoroides proceſſus μ. Humeri caput *o*, cervix. *X* Humerus, ejuſque pars media exterior ξ. Condilis humeri externus. *Y* Cubiti proceſsus per ginglimon articulatus inter duos condiles, ſeu inferiores humeri proceſsus. *b* Os radium, ejus medium cubito ſociatum. *V* Radii extremitas primis carpi oſſibus connexa. *a* Cubitus. *Z* Cubiti finis interius ad radium ipſum allocatus. *C C* Carpus ſuaque externa, internaque oſsa. *d* Primum Metacarpi os ad pollicem contendens. *e* Ultimum digiti medii dexteri internodium. *f* Exterior ilii oſſis portio. *g* Ipſius extuberantia, quæ ſe inſinuat per femoris acceptabulum. π Oblonga cavitas, ut plurimum ab ilio formata. *X* Poſterior ejuſdem criſta, ubi valide oſſis ſacri ad latera aptatur. ipſius ſummitas, quę cartilaginibus ſolet contegi. *T* Anterior ilii pars. π Siniſtrum femoris caput. *r* Femoris caput. ξ Femoris ipſius cervix. *i* Proceſsus magnus trocantera. *l* Minor proceſsus, parvus trocantera, *b* femoris medietas, ſuaque & aſpera ejuſdem linea. *M M* genuum rotulæ. Oſſium femoris poſteriores condiles. *n* Tibię ſiniſtrę ſummitas. ejuſce tibię expanſio, ſupra quam femur ipſum connectitur. *s* Fibulę ſummitas exterius extenſioni ipſius tibię hęrens. *q* Fibulę proceſsus poſt ſuammet medietatem ad latus uſque oſſis calcanei *s*. Fibulę memoratę extuberantia, qua in pedis collo externus producitur malleolus. *p* Tibię medietas. *r* Ejuſce extremitas interius malleolum alterum faciens. *t t* Uterque talus, ſive Aſtragalus cum tibiis articulatus. *u u* Calcanei oſsa, eorumque pars extima, *o* os teſsera ſive polimorfon talo an-

nexum anterius. *y* Navicularis offis pars exterior. *Y* Pars ejufdem inferior, quę in pedis planta incurvatur. *B c*. Alia tria officula innominata, five glenoides, quę etiam tarfum formantia primis aliquorum Metatarfi offium internodiis coaptantur. *ʒ ʃ* quinque Metatarfi ofsa, quę fuperiorem dorfi pedis partem refpiciunt, inferioremque, plantam fcilicet. ε ε Tres denique offium indicantur ordines, quę ad extremi pedis formandos digitos fimul concurrunt fuis capitibus, & internodiis.




TAB XXVII
Figura I.
Figura II.

VIGESIMÆ SEPTIMÆ TABULÆ

FIGURA PRIMA.



Nteriorem, lateralemque duorum ventrium muliebrium exhibet regionem, cum partibus cum infimis, cum supremis; extremus vero venter, seu abdomen apertum appare, ut suo in situ uterus, & concurrentia vasa conspiciantur.

Quocirca. *R R R* Abdominis integumenta sunt per longum recisa, & lateraliter amota, cum suis ipsius musculis, & Peritoneo. *A A* Gangliformes, intercostales sunt nervi, eorumque in lumborum vertebris uniones, sepis instar plurimis a ramentis efformatæ. *D D D* Nervus ille est gangliformis, qui tres insignes surculos sinistrorsum expandit, cum lævis uniendos, quique arteriam magnam amplectuntur. *F F* Venosa vasa præparantia, quæ ad uteri ovaria excurrunt. *P P* Lumbares musculi. *E* Magni nervi lumbaris, seu gangliformis dexter processus in os sacrum tendens. *G* Iliaca sinistra arteria usque ad inguinem per ramos diffusa, quo se se insinuat. *B* Ramusculi sunt gangliformes ad uterum vergentes. *O* Intestini colon pars prius succisa, quam in posteriori uteri regione rectum evadat. *C* Arteriæ magnæ truncus descendens. Iliacæ ipsius ramus dexter non multo procul a divisione sua discissus, & extremum ad latus reclinatus, qui porro coxæ principium penetrat, ibique cruralis appellatur. *I I* Dextera, & læva iliaca vena, quæ ramis, hypogastricis nomine, inter gangliformes nervos ad uteri latera extenduntur. *K* Uterus, parsque ejus exterior. *M M* Testiculi muliebres, sive ovaria. *N* Tuba uterina, quæ Falloppiana dicitur. *Q* Mons tandem Veneris supra fixuram magnam in pube elevatus.

FIGURA SECUNDA.

QUidquid in aperto abdomine innuimus, repræsentat, quodque in prima mox explicata fig. demonstratum est, in hac tamen venæ duæ præparantes desunt, cum iliacis, & hypogastricis, quas inter gangliformes nervos prætergredi ostendimus. Quin & uterus atlantica sui parte apertus conspicitur, ut fætus appareat, quomodo in ipso novem per menses quibus fæcunda illum mater gestat, situ donetur. Hæc super hisce tabulis explicabam, & mihi adinveniendis partium nominibus clarissimam prætulere facem tum aperta ad hoc corpora, cum non satis unquam laudati Bartholomæi Eustachii tabulæ, super quibus integros nuper commentarios, Romæ typis editos elaboravi, & de universa re anatomica si quid plenius Lector desideret, observationes meas consulat jam & ipsas typis mandatas, in quibus quæ hic in genere, & puris rerum nominibus expressa sunt, in illis in specie, & cum omnigena cujusque partis idea enucleata comperiet.

ERRATA.

TAb. 3. Fig. 2. littera *D.* brevis ; *lege* longus. Tab. 5. Fig. 2. lit. *L.* fupraſpinatum ; *lege* ſpinatum. Tab. 6. Fig. 1. lit. *K.* flexum, *lege* plexum. Tab. 11. Fig. 2. litt. *N N.* Sternoiroides, *lege* Sternotiroideus. Tab. 12. litt. *l.* Tibieus anticus, *lege* poſticus. Fig. 2. litt. *L.* Stilofaringeus, *lege* Stilogloſſus. Tab. 13. Fig. 2. litt. *D.* Coracoideum, *lege* Coracojoideum. Tab. 14. Fig. 1. litt. *X X.* Tibieus anticus, *lege* poſticus. litt. *S S.* Apophiſes, *lege* Epiphiſes. Tab. 15. *N* Cubiteum externum. Radieum externum. *l l* externumque radieum Magni extenſores digitorum, *H* internus radieus internus Cubiteus. Tab. 16. Fig. 1. litt. *E.* Extenſorem digitorum, *lege* Flexorem. Fig. 2. litt. *L.* Dorſi infraſpinati, *lege* ſacri lumbi. Tab. 22. Fig. 4. litt. *D.* nervus, *lege* ramus. Tab. 23. Fig. 12. *XLX. lege XLV.* Tab. 26. Fig. 2. litt. *d d* Tali oſſa, *lege* Tarſi. Fig. 3. *H*, *lege N*.

OMISSIONES.

TAb. 2. Fig. 1. litt. *E.* Orbicularis palpebrarum. Tab. 2. litt. *g.* Ramus venæ humilis profundæ. Tab. 3. Fig. 4. litt. *P.* Diviſio. Tab. 5. Fig. 1. litt. *X.* Axillaris vena. Tab. 6. litt. *t.* nervus brachialis, & venarum ramificationes ſalvatellæ. *u* Tendines extenſorum digitorum. Tab. 7. Fig. 1. *Z* Cubiteus externus. Tab. 13. oſſis ſacri nervi *O*, quorum &c. Tab. 14. Fig. 2. *G.* Tab. 17. Fig. 3. *R* Vermiformis progreſſus. Tab. 20. Fig. 10. Os illud ilium. Tab. 22. Fig. 2. litt. *K* membrana adnata. Tab. 24. Fig. 1. *L K*, *lege I L K*.

FINIS.



COMPLETE/[illegible]

27 PLATES

Choulant/Frank 238